tam distinctionem Theodoreti ac Nicephori, qui post verbum καλλωπισθῆναι punctum apponunt. Idemque ante nos fecere omnes interpretes praeter Musculum. Quod si quis malit distinctionem apponere post λειπόμενον, tum scribendum erit πλὴν ἡ σὴ ὁσιότης etc. ut legitur in cod. Fuketii et Savilii. [Vertit sane Valesius: „Nam si laqueata fiet, auro quoque poterit exornari. *Restat igitur ut*" etc. Sed in textu ipso retinuit lectionem καλλωπισθῆναι τὸ λειπόμενον. πλὴν ἡ σὴ ὁσιότης κ. τ. λ. Verum non dubitavi equidem textum quoque illi rectae Valesii interpretationi accommodare scribendo καλλωπισθῆναι. Τὸ λειπόμενον ἵνα etc., praeeunte Zimmermanno, cum haec scriptura aperte sit difficilior et πλὴν satis certa glossematis prae se ferat indicia. Contra Strothius alteram lectionem praeferens interpretatus est locum: *„Denn wenn es Felder werden sollten, so könnten die Zwischenräume* (τὸ λειπόμενον?) *mit Gold verziert werden. Indessen thue nur deine Heiligkeit."*] — 3) [Σπουδάσῃ et paulo ante ποιήσῃ scripsi cum Steph. Zimm. pro σπουδάσει et ποιήσει Val.] — 4) [Ἐπικρίνειεν Steph. ἐπικρίνειας Zimm.]

Cap. XXXIII. 1) [Ἅμα —
lica A. D. CCCXXV., eius autem
tricennalibus Constantini M. Idi
ut docent Nicephorus lib. VIII. c.
Graecorum ac Sophronius in orat
tamen tam occidentalis quam or
celebrat die XIV. Septembris, si
rationem hactenus ignotam. Coi
Septembris cum sabbato, ut meth
invaluerat, ut ecclesiae die domi
CCCXXXV.] — 2) *Κατ' αὐτὸ*
tur Eusebius in panegyrico de tri
Christophorsonus *salutare Chri*
Eusebius supra in cap. 28. sepulc
μαρτύριον. Sed et Cyrillus Hie
ministerio passionis ac resurrectioni
vertit κατ' αὐτὸ τὸ σωτήριον μαρτύ
rectius Stroth.: „auf dem *Grabe*
ubi verba τοῦ ἁγίου τῶν ἁγίων
simi *sepulchri*" et Stroth.: „des
cuius inscriptione legitur ἐπὶ τῷ

ἡ νέα κατεσκευάζετο Ἱερουσαλὴμ³), ἀντιπρόσωπος τῇ πάλαι βοωμένῃ, ἣ μετὰ τὴν κυριοκτόνον μιαιφονίαν ἐρημίας ἐπ'

σεως. Et in capite ipso: τὸν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις τῆς σωτηρίου ἀναστάσεως μακαριστότατον τόπον. Cap. XXVI. τὸ θεσπέσιον ἐκεῖνο τῆς ἀθανασίας μνῆμα et paulo inferius: τὸ σωτήριον ἄντρον. Cap. XXIX. Cyrill. Catech. XVIII. p. 300. qui Christi sepulcrum eodem modo quo Euseb. c. XXV. vocat τὸν ἅγιον τῆς ἀναστάσεως τόπον, et Hieronym. Sophon. c. I. qui *anastasin* dicit. Contra aliis in locis ipsam ecclesiam Hierosolymis a Constantino in memoriam resurrectionis exstructam quam hoc cap. XXXIII. et seqq. describit, μαρτύριον vocat Eusebius. Vide ad IV, 40. De hac ipsa autem ecclesia praeter *Valesii* epistolam de anastasi et martyrio Hierosolymitana calci editionis nostrae adiectam, vid. *Franc. Quaresmii* elucidat. hist. theol. moral. terrae sanctae T. II. fol. Antwerp. 1639., *Clampinus* de sacris aedificiis a Constantino M. exstructis, cum figuris, Rom. 1693. fol. cap. XXIII., *Anton. Augustin. Touttée* in descriptione et historia basilicae s. resurrectionis ad calcem Cyrilli Hierosolym. edit. Benedict. p. 418., *H. Witsii* miscell. sacr. T. II. exerc. XII. §. 21. et prae ceteris *E. F. Wernsdorf.* historia templi Constantiniani propter resurrectionis Christi locum exstructi, Viteberg. 1770.] — 3) Νέα κατεσκευάζετο Ἱερουσαλήμ. Haec Eusebii verba descripsit Socrates in cap. 13. lib. I. ἡ δὲ τοῦ βασιλέως μήτηρ, οἶκον μὲν εὐκτήριον ἐν τῷ τοῦ μνήματος τόπῳ, πολυτελῆ κατεσκεύασεν, Ἱερουσαλὴμ νέαν ἐπωνόμασεν, ἀντιπρόσωπον τῇ παλαιᾷ ἐκείνῃ καὶ καταλελειμμένῃ ποιήσασα. *Imperatoris vero mater in ipso quidem servatoris monumento ecclesiam magnificentissimam exstruxit, novam condens Hierusalem e regione veteris illius ac desertae.* Quae Socratis verba attentius observanda sunt. Primo Helenae tribuit, quod Eusebius a Constantino factum esse dixit. In quo secutus est Socrates auctoritatem Rufini, qui in libro X. historiae ecclesiasticae hanc basilicam Hierosolymis ab Helena constructam esse prodit. Etsi autem parum refert, utrum Helena imp. Constantini sumptibus, an Constantinus ipse cura ac studio matris Helenae id templum condidisse dicatur, praestat tamen Eusebii sententiam sequi, quippe qui et rebus ipsis interfuit, et epistolam Constantini de templi illius aedificatione affert. [Cf. *E. F. Wernsdorf.* historia templi Constantin. p. X sq.: „Helena praesentia sua locum ornavit et operi praefuit, Constantinus et sumtus praestitit et res necessarias imperavit. Sed quia operibus immortua Helena, filius post ea solus illa continuavit, splendidissimae *Basilicae Resurrectionis* auctor merito ipse censeri potest ac debet."] Notandum etiam est, quod Eusebius dixerat: κατ' αὐτὸ τὸ σωτήριον μαρτύριον, id a Socrate ita reddi: ἐν τῷ τοῦ μνήματος τόπῳ. Quod vero dixerat Eusebius νέαν κατεσκευάζετο Ἱερουσαλήμ, id Socrates expressit in hunc modum: οἶκον εὐκτήριον κατεσκεύασε, Ἱερουσαλὴμ νέαν ἐπωνόμασεν, ἀντιπρόσωπον etc. ubi vocem ἐπωνόμασεν expungendam esse nemo non videt. Neque enim templum illud nova Hierusalem dicebatur, ut credidit interpres, et ante eum Nicephorus, sed martyrium seu basilica Constantiniana et Anastasis. Hoc igitur tantum dicit Eusebius et Socrates, Constantinum sive Helenam exstructa illa ingentis operis basilica novam Hierusalem condidisse ex adverso veteris illius quae olim destructa fuerat a Romanis. Quod quidem verissimum est. Ab eo enim tempore urbs Aelia vero ac prisco nomine paulatim abolito, Hierusalem vocari coepta est a Christianis, cum tamen revera non esset Hierusalem, utpote in alio solo condita, et ab imperatore Romano qui tunc Iudaeis erat infensissimus, eo consilio aedificata, ut gentiles eam incolerent, Iudaei vero eius aditu penitus arcerentur. Ceterum non dubito quin Eusebius alludat ad locum illum qui legitur in apocalypsi cap. XXI. *Vidi sanctam civitatem, Hierusalem novam descendentem de coelo, a deo paratam sicut sponsam.* [Cf. *Wernsdorf.* hist. templi Const. p. XIII. not. f., ubi praeter alia haec scripsit V. D.: „Hunc autem

ἔσχατα περιτραπεῖσα, δίκην ἔτισε δυσσεβῶν οἰκητόρων. Ταύτῃ δ' οὖν ἄντικρυς βασιλεὺς τὴν κατὰ τοῦ θάνατου σωτήριον νίκην⁴), πλουσίαις καὶ δαψιλέσιν ἀνύψου φιλοτιμίαις, τάχα που ταύτην οὖσαν τὴν διὰ προφητικῶν θεσπισμάτων κεκηρυγμένην καινὴν καὶ νέαν Ἱερουσαλὴμ, ἧς πέρι μακροὶ λόγοι, μυρία δι' ἐνθέου πνεύματος θεσπίζοντες ἀνυμνοῦσι. Καὶ δὴ τοῦ παντὸς ὥσπερ τινα κεφαλὴν, πρῶτον ἁπάντων τὸ ἱερὸν ἄντρον ἐκόσμει, μνῆμα ἐκεῖνο θεσπέσιον, παρ' ᾧ φῶς ἐξαστράπτων ποτὲ ἄγγελος, τὴν διὰ τοῦ σωτῆρος ἐνδεικνυμένην παλιγγενεσίαν τοῖς πᾶσιν εὐηγγελίζετο.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΔ'.

Ἔκφρασις οἰκοδομῆς τοῦ παναγίου μνήματος.

Τοῦτο μὲν οὖν πρῶτον, ὡσανεὶ τοῦ παντὸς κεφαλὴν, ἐξαιρέτοις κίοσι, κόσμῳ τε πλείστῳ κατεποίκιλλεν ἡ βασιλέως φιλοτιμία, παντοίοις καλλωπίσμασι καταφαιδρύνουσα.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΕ'.

Ἔκφρασις αἰθρίου καὶ στοῶν.

Διέβαινε δ' ἑξῆς ἐπὶ παμμεγέθη χῶρον, εἰς καθαρὸν αἴθριον ἀναπεπταμένον· ὃν δὴ λίθος λαμπρὸς¹) κατεστρωμένος

---

situm postea urbs adeo mutavit, ut, quum Golgatha mons extra veterem urbem fuerit, is hodie in loco novae urbis fere medio deprehendatur. Vide The Schwav *Itinerar.* p. 241. ex nupera theotis. vers. Neque vero Calvariae montem Hadrianus Imper. muro cinxit, ut falso tradit Sozomenus *Hist. Eccl.* l. II. p. 44. edit. Reading. cui a multis postea creditum est: sed quia sub Constantino M. eiusque successoribus templi resurrectionis visendi studio urbs frequentata opibus creverat, ea re factum videtur, ut Martyrium et alia proxima aedificia circumducto muro inclusa, velut pro nova deinceps urbe haberentur, quam *novam Ierusalem* adpellat Eusebius l. III. de V. C. cap. 33. Idem in libro de *Laudibus Constantini* c. VIIII. ἐν μέσῳ τῆς ἑβραίων βασιλικῆς, in ipso Hebraeorum urbis regiae meditullio Templum Resurrectionis exstructum ait. Ut adeo Hierosolymitana urbs aetate Constantini M. situ vehementer discreparit ab ea, quae fuit Christi temporibus." Accedit vero Eusebii sensus mysticos et allegoricos in libris sacris quaerendi studium quod ut novam Ierusalem condidisse Constantinum scriberet, eum movebat. Cf. IV, 45. ἔνθα δὴ καὶ ἡμεῖς — — τὰς προφητικὰς ποιούμενοι θεωρίας. *Wernsdorf.* dissert. de dedicatione martyrii ex Eusebio p. XV. not. q. et nos ad Euseb. H. E. X, 4. Tom. III. p. 212. Denique cf. *Semler.* histor. eccles. selectt. capp. p. 125.] — 4) [*Νίκην* Val. vertit: „*tropaeum* victoriae", rectius Stroth.: „*den Triumph*" his adscriptis ad h. l. p. 335. not. 2.: „*Νίκην. so nennt er hier die Kirche: ich durfte es nicht durch Siegeszeichen übersetzen, weil man es mit dem Kreuz würde verwechselt haben, als welches sonst so genannt wird.*"]

ἐπ' ἐδάφους ἐκόσμει, μακροῖς περιδρόμοις στοῶν ἐκ τριπλεύρου[2]) *περιεχόμενον.*

Cap. XXXV. 1) *Λίθος λαμπρός.* Marmor intelligere videtur, vel certe lapidem politum instar marmoris. Sic in capite sequenti *ξεστῷ λίθῳ λαμπρυνομένῃ* pro eodem dicit Eusebius. At Christophersonus *λαμπρὸν λίθον lapidem eximium* interpretatus est, Portesius *excellentem*, male, ut opinor. [Val. vertit: „*splendido* lapide" Stroth.: „*polirte Steine.*"] — 2) *'Εκ τριπλεύρου.* Basilicarum atria quatuor fere porticibus constabant, in quadranguli formam dispositis. In medio locus erat apertus et patens, cuiusmodi hodie in claustris monachorum videmus. Docet hoc Eusebius in descriptione basilicae Tyri libro decimo historiae ecclesiasticae. Verum in basilica Hierosolymitana alia fuit dispositio. Tres enim duntaxat illic fuerunt porticus ad tria latera. In quarto autem latere, quod erat e regione sepulcri ad solem orientem obversum, vice porticus erat ipsa basilica, ut docet Eusebius in capite sequenti. Quod quidem idcirco factum videtur, ut ipsa basilica ampliori lumine collustraretur, nulla extrinsecus portica luminibus officiente. [Quo melius quae Eusebius de basilica Hierosolymitana retulit, intelligantur, addenda h. l. putamus ea quae scripsit *E. F. Wernsdorf.* histor. templi Const. p. XII. sqq.: „Locus, in quo aedificata fuit ecclesia, dicitur Golgatha mons. Quo vocabulo quum aliud atque aliud indicetur, modo totus ambitus montis cum subiecta valle, in qua Christi sepulcrum erat, modo vertex montis ac tumulus: ne vaga sit haec loci designatio, templum fuit in collis declivitate positum, et ad sepulcrum Domini, quod montis vertice multo inferius erat, extensum; ita ut in loco resurrectionis esset *Anastaseos* Aedes, in loco passionis basilica illa magna, quae *Martyrium* dicebatur, Calvariae autem locus inter utrumque medius interiaceret. Atque hic *Calvarii* locus, libero patens coelo ille, non continebat aedem, sed praebebat *atrium subdivale:* quod Eusebius lib. III. de V. C. cap. XXXV. ubi recenset aedificia Golgathana a Constantino exstructa, his verbis describit: *Διέβαινε δ' ἑξῆς* — — *ἐκ τριπλεύρου περιεχόμενον.* Igitur vastissimi huius atrii subdivalis, quod *Anastasin* a *Martyrio* dividebat, solum erat splendido lapide, instar marmoris polito, constructum, longissimis undique porticibus ad tria latera, orientale, meridionale, ac septentrionale procurrentibus: Nam in occidentali quidem latere, quod erat e regione speluncae positum, vice porticus ipsum templum erat magnificis et portis, et gradibus, quibus ad id adscendebatur, decoratum: Cuius templi adspectum porticus adiuncta sustulisset, lucemque illi non modicam detraxisset. Itaque templum resurrectionis omnino totum duplici parte constabat, et *Sepulcro*, sive aede ad id monumentum aedificata, quae proprie nominabatur *Anastasis*, et magna *Basilica* ipsa. — — — Sepulcrum ut memorat Eusebius (III, 27. 28.), remotis simulacris, quae Gentilium impietas struxerat, et egesta humo, qua erat contectum, Constantinus aperuit, atque ita illud opera eius cultum et ornatum, divina magnificentia frui voluit. Sed Eusebius modo simpliciter columnarum ab Imperatore ibi positarum, et ornamentorum, quae omni oratione potiora essent, mentionem facit, scribens Lib. III. de V. C. cap. XXXIIII. *Τοῦτο μὲν οὖν πρῶτον* — — — *καλλωπίσμασι καταφαιδρύνουσα.* et de laudibus Constant. c. VIII. *μνῆμά τε μνήμης αἰωνίου γέμον αὐτά τε τοῦ μεγάλου σωτῆρος τὰ κατὰ τοῦ θανάτου τροπαῖα, λόγου παντὸς κρείττοσιν ἐτίμα καλλωπίσμασι.* At ex Cyrillo, item ex Hieronymo aliisque auctoribus discas, eo in loco excitatam fuisse a Constantino elegantissimam aedem, amplam et spatiosam, forma rotunda, triplici muro cinctam, ipsam illam in qua Cyrillus *Catecheses Mystagogicas* pronuntiavit et Epiphanius — concionatus est. Altera pars totius templi erat ipsa *Basilica Resurrectionis*, obversa illa, non ad orientem, ut caeterarum pleraeque, sed ad occidentem, opus plane

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Λϛ.

Ἔκφρασις τοῦ ναοῦ τῆς ἐκκλησίας τοίχων καὶ δωματουργίας, κάλλους τε καὶ χρυσώσεως.

Τῷ γὰρ καταντικρὺ πλευρῷ τοῦ ἄντρου, ὃ δὴ πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον ἑώρα, ὁ βασίλειος συνῆπτο νεώς, ἔργον ἐξαίσιον, εἰς ὕψος ἄπειρον ἠρμένον, μήκους τε καὶ πλάτους ἐπὶ πλεῖστον εὐρυνάμενον· οὗ τὰ μὲν εἴσω τῆς οἰκοδομίας, ὕλης μαρμάρου ποικίλης διεκάλυπτον πλακώσεις¹), ἡ δ' ἐκτὸς τῶν τοίχων ὄψις, ξεστῷ λίθῳ ταῖς πρὸς ἕκαστον ἁρμογαῖς συνημμένῳ λαμπρυνομένη, ὑπερφυές τι χρῆμα κάλλους τῆς ἐκ μαρμάρου προσόψεως οὐδὲν ἀποδέον, παρεῖχεν. Ἄνω δὲ πρὸς αὐτοῖς ὀρόφοις, τὰ μὲν ἐκτὸς δώματα μολύβδου²) περιέφραττεν ὕλη,

---

admirabile, in immensam altitudinem elatum, et longitudine ac latitudine maxima expansum, portis tribus ad orientem solem apte dispositis, quibus sepulcrum et mons Golgatha conspiciebatur. Non erat extrema parte in semicirculum, vel in ovalem figuram, arcuata ecclesia, ut aliae plurimae, sed rectangula et parallelogramma forma aedificata, portis a fronte atque a tergo inter se respondentibus aperta. Huius structurae magnificentiam his describit verbis Eusebius Lib. III. de V. C. cap. XXXVI. οὗ τὰ μὲν εἴσω τῆς οἰκοδομίας — — — ἔρυμα χειμερίων. Sic istam exteriorem parietum superficiem politis lapidibus decoratam, et istud plumbeum tectum postquam indicavit, describit porro interius tectum, sculptis lacunaribus confertum, et compactis inter se tabulis per totam basilicam, instar vasti cuiusdam maris dilatatum, totumque auro purissimo coopertum, quod velut radiis quibusdam splenderet." Ceterum alia quae tacet Eusebius, ut νάρθηκα, ναὸν, ambonem, diaconica, gazophylacia, tabularia, bibliothecas, baptisterium, nihilominus probabiliter templum Hierosolymitanum quoque maiorum omnium ecclesiarum exemplo habuisse, recte observavit *Wernsdorf.* l. l. p. XIX. sq. p. XXIII. sq., pluribus hanc ipsam sententiam tuitus contra *Ernestium* (neueste theologische Bibliothek P. I. p. 92 sqq.) in dissert. de Christo Latine loquente p. IV. sqq., Viteberg. 1771.]

Cap. XXXVI. 1) *Ὕλης μαρμάρου πλακώσεις.* Antiqui sectis marmoris crustis varii coloris parietes ornabant, ut notavi ad lib. XXVIII. Amm. Marcellini pag. 363. Huiusmodi marmoris crustas *πλακὰς* vocabant. Gregorius Nazianzenus in orat. XXXII. *σὺ δέ μοι περιεῖχον καὶ πλακῶν, καὶ τῆς κεκομψευμένης ψηφίδος, καὶ τῶν μακρῶν δρόμων καὶ περιδρόμων.* Idem in carmine Anacreontico ad animam suam:

θέλεις δόμους ἀμέτρους
χρυσορόφους, γραφῆς τε
καὶ ψηφίδος σοφισμοὺς,
πλακός τε λάμψιν αἰσχρᾶς
ἀντίχροον, πολυχροοῦν.

[Cf. Valesius ad Sozom. H. E. I, 1. *Du Fresne* ad Paulum Silentiar. p. 530. p. 532 et in Constantinop. Christian. III, 10. *Du Cange* Gloss. Gr. p. 1177. *Wernsdorf.* histor. templi Const. p. XVII. sq. not. u.] — 2) [*Μολίβου* Steph. *μολύβου* Val. Sed veram scripturam h. l. exhibere puto

ὄμβρων ἀσφαλὲς ἔρυμα χειμερίων· τὰ δὲ τῆς εἴσω αὐτῆς γλυφαῖς φατνωμάτων[3]) ἀπηρτισμένα, καὶ ὥσπερ τι μέγα πέλαγος καθ' ὅλου τοῦ βασιλείου οἴκου συνεχέσι ταῖς πρὸς ἀλλήλας συμπλοκαῖς ἀνευρυνόμενα, χρυσῷ τε διαυγεῖ δι' ὅλου κεκαλυμμένα, φωτὸς οἷα μαρμαρυγαῖς τὸν πάντα νεὼν ἐξαστράπτειν ἐποίει.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΖ'.

Ἔκφρασις διπλῶν στοῶν ἑκατέρωθεν, καὶ πυλῶν ἀνατολικῶν τριῶν.

Ἀμφὶ δ' ἑκάτερα τὰ πλευρὰ, διττῶν στοῶν, ἀναγείων τε καὶ καταγείων[1]) δίδυμοι[2]) παραστάδες[3]), τῷ μήκει τοῦ νεὼ

..., μολύβδου quod recepi. Vide quae scripsi ad Euseb. H. ... III. p. 44. Μολίβδου legitur de laudib. Const. c. XII. ... ad Thucyd. I, 94, 4. p. 62. ed. Ducker. Zonar. Lex. 2 ... Tittmann. et Iacobs. A. P. p. 157.] — 3) Γλυφαὶς φατνω- ... sint φατνώματα, docet Hesychius et auctor etymologici, ... interpretantur σανιδώματα, στέγη διάγλυφα, id est, tabel- ... tecta. Eadem voce utitur Eusebius infra cap. 49. Ex his ... cameram basilicae lacunari intrinsecus tectam atque orna- ... in animo habuerat Constantinus, quemadmodum testatur ... Macarium. Extrinsecus enim plumbo operta erat ad ar- ... Proinde cameram ipsam lapideam fuisse oportet, quae ... rpositum sustineret. [Cf. supra cap. XXXII. not. 1.]

Cap. XXXVII. 1) Διττῶν στοῶν, ἀναγείων τε καὶ καταγείων. De atrii porticibus supra [cap. XXXV.] dixit Eusebius. Nunc de porticibus basilicae loquitur. Ac primo quidem ait ad utramque latus basilicae binas fuisse porticus. Deinde ait porticus illas partim fuisse ἀναγείους, partim καταγείους. Quod sic interpretor, ut porticus illae duo tecta habuerint, et aliae quidem solo ipsius basilicae aequales fuerint, aliae vero iisdem superimpositae; cuiusmodi in ecclesiis nostris videmus. Huiusmodi porticus antiqui διωρόφους vocabant, seu διστέγους. Gregorius Naz. in oratione XIX. pag. 313. ubi templum a patre suo aedificatum describit: ... ἄλλαισι δι' ὀρόφων εἰς ὕψος αἰρόμενον, id est: Et ... um duo tecta habentium pulchritudine in altum ... enim est in illo Gregorii loco una voce διωρόφων. ... Possumus etiam interpretari καταγείους subterra- ... templis eiusmodi porticus subterraneae constru- ... [δόμους?] ὑπογείους vocat Aristides in oratione ... Ibi etiam templum illud triplex fuisse dicit, par- ... m sub divo, medium vero quotidianis usibus ... : Ἀμφὶ δ' ἑκάτερα — — κεκοσμημέναι Valesius ... mque latus, geminae porticus tam subter- ... rram eminentes, totius basilicae longitudinem ... n camerationes auro perinde variatae sunt" ... den Seiten waren doppelte parallellaufende ... erirrdische und über der Erde stehende, die ... ls die Kirche selbst: und deren Zuwölbungen ... rziert waren." Add. E. F. Wernsdorf. histor.

συμπεριλαβοῦσαι, χρυσῷ καὶ αὐταὶ τοὺς ὀρόφους πεποικιλμέναι·

---

templi Const. p. XIX.: „Utramque in illo (templo) et navis, et bematis, seu chori, partem tota longitudine cingebant porticus, ab Eusebio descriptae, cap. XXXVII. Lib. *de Vita Const.* Ubi, quum is ait, στοῶν ἀνωγείων τε καὶ καταγείων διδύμαι παραστάδες, non subterraneae sunt intelligendae, sed aequales templi solo, quibus aliae superimpositae fuerint, atque adeo binae ad utrumque latus, et inferiores et superiores (Cf. *Touttaeus* ad Cyrill. cateches. p. 422. *Casp. Rasponi* de basilica et patriarchio Lateranensi IV, 5. *Du Fresne* Constantinop. Christ. III, 16. 17. 37. 38.). Aliae porticus erant in fronte basilicae, sive exteriori laterum adspectu (cf. *Rasponi* l. l. p. 33.), extra templi tectum commune positae, quae grandibus columnis ab exteriori parte fulciebantur: aliae interiores, quae pessulis ac pilis densioribus sustinebantur." Strothius autem ad h. l. p. 838. animadvertit: „*Was übr*
und καταγείων zu verstehen sey; ob die
unter der Erde Gänge formiren, oder ob a
gewesen, so dass die auf dem Rande
ἀνώγεοι, oder, welches mir fast das w
eine Reihe auf der andern gestanden, k
verlässigkeit bestimmen. Dass auf jeder
lengange neben einander gewesen, wovo
Gebälke des innern, der zunächst an d
von Pfeilern getragen wurde, wird man
und sich vorstellen können." Cf. Vales.
κατάγειος et ἀνώγειος quod posterius Lexicis
nich. p. 297 sq., quem hic locus fugit.] –
Quatuor erant porticus in basilica Hieros
utramque latus basilicae. Id sibi volunt hae
παραστάδες. Quin et sequentia id ipsum
enim porticibus alias ait Eusebius fuisse in
teriores; quasdam vero interiores. Eodem n
quod erat in urbe Roma, quatuor erant por
in passione apostolorum his versibus:

Subdidit et Parias fulvis laquearibus columnas
Distinguit illic quas quaternus ordo.

Idem Prudentius in passione Hippolyti, de templo S. Hippolyti ita scribit:

Ordo columnarum geminus laquearia tecti
Sustinet, auratis suppositus trabibus.
Adduntur graciles tecto breviore recessus
Qui laterum seriem iugiter exsinuent.

Eandem formam cernere est in maioribus apud nos basilicis, ubi quatuor columnarum ordines binas utrinque porticus constituunt. Porro huiusmodi porticus *gemellares* dici videntur in itinerario Hierosolymitano: *Interius vero civitatis sunt piscinae gemellares quinque porticus habentes.* In quo tamen loco ambiguum est, utrum piscinae ipsae, an porticus gemellares dicantur. Praestatque gemellares piscinas intelligere. Erant enim gemini lacus, ut scribit Hieronymus in libro de locis Hebraicis ubi de Bethesda. — 3) *Παραστάδες.* Male Christophorsonus *systos* vertit. Nam στοῶν παραστάδες per synecdochen dicuntur pro porticibus. Hesychius παραστάδας exponit columnas quae ad parietem obversae sunt. Sed Christophorsonus voces illas διττῶν στοῶν retulit ad πλευρὰ hoc modo: ἀμφὶ δ' ἑκάτερα τὰ πλευρὰ διττῶν στοῶν etc., cum tamen post vocem πλευρὰ ponenda sit virgula, ut in codice Regio legitur et Fuketiano, et verba illa διττῶν στοῶν referri debeant ad vocem παραστάδες. Latera enim basilicae hic intelliguntur, quod confirmatur ex libro X. historiae ecclesiasticae, ubi basilica Tyri describitur his verbis: ταῖς παρ' ἑκάτερα

ὧν αἱ μὲν ἐπὶ προσώπου[4]) τοῦ οἴκου, κίοσι παμμεγέθεσιν ἐπηρείδοντο, αἱ δ' εἴσω τῶν ἔμπροσθεν[5]) ὑπὸ πεσσοῖς[6]) ἀνηγείροντο, πολὺν τὸν ἔξωθεν περιβεβλημένοις κόσμον. Πύλαι δὲ τρεῖς πρὸς αὐτὸν ἀνίσχοντα ἥλιον εὖ διακείμεναι, τὰ πλήθη τῶν εἴσω φερομένων ὑπεδέχοντο.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΗ'.

Ἔκφρασις ἡμισφαιρίου καὶ κιόνων δώδεκα καὶ κρατήρων.

Τούτων δ' ἀντικρὺ, τὸ κεφάλαιον τοῦ παντὸς ἡμισφαιρίου[1]) ἦν, ἐπ' ἄκρου τοῦ βασιλείου ἐκτεταμένον[2])· ὃ δὴ δυοκαίδεκα

τοῦ παντὸς νεὼ στοαῖς. — 4) *Αἱ μὲν ἐπὶ προσώπου*, id est, exteriores. Sic in lib. X. de fontibus qui erant ante fores basilicae Tyri, ait, εἰς πρόσωπον τοῦ νεώ. — 5) *Αἱ δ' εἴσω τῶν ἔσωθεν.* Ad oram codicis Moraeani emendatur τῶν ἔμπροσθεν, quomodo etiam legebatur in Gruteri libro. Posset etiam emendari τῶν ἔξωθεν. Sed cum scripti codices Fuketiānus et Sav. τῶν ἔμπροσθεν habeant, ea lectio praeferenda est. — 6) Ὑπὸ πεσσοῖς. Pessime Christophorsonus *postes* vertit, melius Portesius *pilas* interpretatur. [Val. *pessis*, Stroth. *Pfeilern.*] Quid sint πεσσοὶ, docet Procopius in libro I. de fabricis Iustiniani, ubi templum sanctae Sophiae describit: colles scilicet seu aggeres lapidei, quos scopulis quibusdam comparat qui apsidem sustinebant. Posteriores Graeci πισσοὺς vocarunt, ut notavit Meursius in glossario. Erant igitur pilae lapideae, a figura, ut opinor, ita dictae, eo quod quadrangulae essent instar pessorum et pessulorum. Ideo autem porticus interiores quae proxime ad latus erant basilicae, pessis fulciebantur, quod tectum basilicae utrinque sustinerent: quod quidem tectum reliqua omnia altitudine superabat. [Add. *Du Cange* Gloss. Gr. p. 1171.]

Cap. XXXVIII. 1) Ἡμισφαιρίου. Scribo ἡμισφαίριον. Sic vocat altare basilicae, eo quod in formam hemisphaerii fabricatum esset. Hinc est quod ipsum vocat τοῦ παντὸς κεφάλαιον. Id est, summam totius operis. Nam basilicae ideo construebantur, ut super altari incruentum sacrificium offerretur deo. [Haec ipsa: „*Nam — deo*" ex suae tantum religionis placitis dicere Valesium, cuivis facile patebit et rectiora ipse statim antea attulit verbis: „*Hinc est — operis*" et paulo post: „*Altare vero basilicae — basilica.*" Cf. *Bingham.* origg. eccles. VIII, 6, 17. *Wernsdorf.* hist. templi Const. p. XX. not. d.] Paulo supra Eusebius sepulchrum domini κεφαλὴν τοῦ παντὸς vocavit: nunc vero altare basilicae appellat τοῦ παντὸς κεφάλαιον. Quae duo longe inter se differunt. Nam sepulchrum domini ideo vocatur caput totius operis, quod initium ac velut vestibulum fuerit totius fabricae, et quod eius gratia Constantinus totum opus exstruxerit. Altare vero basilicae summa totius operis dicitur, propterea quod totum opus eo spectabat, eratque id complementum universae structurae, sine quo imperfecta erat basilica. Porro hemisphaerium improprie dixit Eusebius pro hemicyclo, vel potius hemicylindro, cuiusmodi etiam altare fuisse sanctae Sophiae docet Procopius libro I. de aedificiis. In libro Turnebi ad marginem emendatur ἡμισφαίριον, sed recentiore manu. — 2) Ἐπ' ἄκρου τοῦ βασιλείου ἐκτεταμένον. Idem est ac si dixisset ἐπ' ἄκρον. Hemisphaerium ab imo usque ad summum basilicae protendebatur. Et in imo quidem erant duodecim columnae,

κίονες ἐστεφάνουν, τοῖς τοῦ σωτῆρος ἀποστόλοις ἰσάριθμοι, κρατῆρσι μεγίστοις ἐξ ἀργύρου πεποιημένοις τὰς κορυφὰς κοσμούμενοι· οὓς δὴ βασιλεὺς αὐτὸς ἀνάθημα κάλλιστον ἐποιεῖτο τῷ αὐτοῦ θεῷ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΘ'.

Ἔκφρασις μεσαυλείου) καὶ ἐξεδρῶν καὶ προπύλων.*

Ἔνθεν δὲ προϊόντων¹) ἐπὶ τὰς πρὸ τοῦ νεὼ κειμένας εἰσόδους, αἴθριον διελάμβανεν. Ἦσαν δὲ ἐνταυθοῖ παρ' ἑκάτερα²), καὶ αὐλὴ πρώτη³), στοαί τ' ἐπὶ ταύτῃ, καὶ ἐπὶ

---

semicirculari forma dispositae. Confirmat hanc explicationem Procopius in libro I. de aedificiis, ubi basilicam sanctae Sophiae describit, quem iucundum fuerit conferre cum hac Eusebii narratione. Potest etiam *ἐκ' ἄκρου* exponi in summo basilicae, ut sensus sit, altare non in medio basilicae situm fuisse, sed in summo. [Imo prior expositio unice vera est. Vid. *Wernsdorf.* l. l. p. XX *) sq. Cf. *Bingham.* origg. VIII, 6, 10. *Wernsdorf.* de Christo Latine loquente p. VI. not.]

Cap. XXXIX. *) *Ἔκφρασις μεσαυλίου.* Gravi errore Christophorsonus *μεσαύλιον portas atrienses* vertit, quasi *μεσαύλιον*, et *ἡ μέσαυλος* idem esset. Atqui *μεσαύλιον* est *area.* Nam quod in titulo capitis *μεσαύλιον* dicitur, id in contextu capitis *αἴθριον* vocat Eusebius. [Contra *Du Cange* Gloss. Gr. p. 154. male quod in titulo *μεσαύλιον* dicatur, hoc in contextu *ἄτριον* vocari scripsit.] Eadem voce utitur in descriptione basilicae urbis Tyri, quam habes in libro X. historiae, *μέσον αἴθριον ἀφίει.* [Cap. 4. not. 35.] Christophorsonus *aream* vertit non male. Portesius et Musculus *subdivale spatium* interpretantur, quod magis Latinum puto. Aream enim Latini vocabant locum purum in quo fruges terebant, non autem quas hodie *curtes* vocamus. Usus tamen vulgaris obtinuit, ut areae dicantur curtes. Graeci quoque *μέσαυλον* et *μέταυλον* vocant curtem in qua aluntur gallinae et boves stabulantur, ut docet Apollonius in libro III. Argonauticon pag. 134. eiusque scholiastes Graecus, et Harpocration in voce *μέταυλος*. Areae ecclesiarum dicuntur in lege 4. codice Theod. de his qui ad ecclesias confugiunt: *Ut inter templum quod parietum descripsimus cinctu, et ianuas primas ecclesiae, quidquid fuerit interiacens, sive in cellulis, sive in domibus, hortulis, balneis, areis atque porticibus, confugas interioris templi vice tueatur.* Graeca constitutio ibidem relata sic habet: *ὡς τε μεταξὺ τοῦ ναοῦ, ὃν τῷ προειρημένῳ τρόπῳ περιπεφράχθαι διεγράψαμεν, ἄχρι τῶν πρώτων μετὰ τοὺς δημοσίους τόπους ἐκκλησίας θυρῶν, πᾶν τὸ παρεγκείμενον εἴτε ἐν οἰκίαις ἢ κήποις, ἢ αὐλαῖς, ἢ λούτροις, ἢ ἐν στοαῖς τυγχάνει* etc. Vides *αὐλὰς* verti *areas.* Refertur haec lex Theodosii in lib. VII. Capitularium Caroli Magni titulo 125. ubi tamen pro areis atrium ponitur. [Capitis titulum Val. vertit: „Descriptio *atrii, exhedrarum* et *vestibulorum*“ Stroth.: „Beschreibung *des Atriums, des Hofs* und *des Vorgebäudes.*“ Rectius pro *atrii* Val. *areae* et pro: „*des Atriums, des Hofs*“ Stroth. interpretaturum fuisse puto: „*des Hofs, des Atriums.*“ Cf. not. 3.] — 1) *Ἔνθεν δὲ προϊόντων.* Malim scribere *προϊὼν*, ut legisse videtur Musculus. — 2) *Παρ' ἑκάτερα.* Transposita videntur haec verba, quae sic malim legere: *ἦσαν δὲ ἐνταυθοῖ καὶ αὐλὴ πρώτη, στοαί τ' ἐπὶ ταύτῃ παρ' ἑκάτερα.* Egredientibus enim ex basilica, prima occurrebat aula, deinde porticus ad dextram et laevam atrii, ac deinceps vestibulum. — 3) *Καὶ*

πᾶσιν αἱ αὔλειοι πύλαι· μεθ' ἃς ἐπ' αὐτῆς μέσης πλατείας ἀγορᾶς[4]), τὰ τοῦ παντὸς προπύλαια φιλοκάλως ἠσκημένα, τοῖς τὴν ἐκτὸς πορείαν ποιουμένοις καταπληκτικὴν παρεῖχον τὴν τῶν ἔνδον ὁρωμένην θέαν[5]).

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Μ'.

Περὶ πλήθους ἀναθημάτων.

Τόνδε μὲν οὖν τὸν νεὼν, σωτηρίου ἀναστάσεως ἐναργὲς ἀνίστη μαρτύριον[1]) βασιλεὺς, πλουσίᾳ καὶ βασιλικῇ κατασκευῇ τὸν σύμπαντα καταφαιδρύνας· ἐκόσμει δ' αὐτὸν ἀδιηγήτοις

αὐλὴ πρώτη. Recte Christophorsonus et Musculus *atrium* vertit. Certe vetus interpres evangelii, ubicumque vox αὐλὴ occurrebat, *atrium* reddit. Sed et in glossis veteribus αὐλὴ atrium exponitur. Victorinus Petabionensis episcopus in apocalypsim Ioannis: *Aula*, inquit, *atrium dicitur, vacua inter parietes area.* Isidorus tamen aulam ab atrio distinguit in libro V. originum. Sed Victorino potius assentior. In itinerario Antonini martyris mentio fit atrii basilicae Constantinianae. Porro notandum est in titulo capitis exhedras dici pro aula. [Cf. *Wernsdorf.* histor. templi Const. p. XXI sq.: „Egredientibus ex Basilica in urbem occurrebat locus alius *rursum* libero patens coelo, quem Eusebius cap. XXXIX. αἴθριον h. e. *subdivale spatium* dicit (Val. αἴθριον vertit *aream*, Stroth. *Hof*): eo pertransito perveniebatur ad αὐλὴν et postremo ad atrii portas. Ipsum atrium erat quadratum: in medio saliebat fons ad usum eorum, qui ecclesiam ingrediebantur (vid. Euseb. H. E. X, 4. T. III. p. 237.): utroque latere a templi ianuis usque ad atrii fores porticus decurrebant." Et Strothius ad h. l. p. 340. observat: „*Das erste Atrium bedeutet hier den vordersten Raum, der mit unter dem Dach des Gebäudes begriffen, oder doch wenigstens von einem auf Säulen ruhenden Fronton bedeckt war, und aus welchem man unmittelbar in das Innere des Gebäudes ging. Man muss dies Atrium nicht mit dem* προπυλαίῳ (*Vestibulo, Vorgebäude*) *verwechseln, welches gemeiniglich ein besonders, nicht mit unter dem Dach des Hauptgebäudes stehendes, sondern durch verdeckte Säulengänge, (die den Hof, welcher auch Atrium genannt wird, einschlossen) mit demselben verbundnes Gebäude bedeutet. Wer also in die Kirche gehn wollte, kam zuerst in das Vorgebäude, alsdann musste er durch die Hofthüren* (αὐλείους πύλας) *über den Hof gehn, sodann kam er ins erste Atrium, und durch dasselbe in die eigentliche Kirche.*" Cf. not. *)] — 4) Ἐπ' αὐτῆς μέσης πλατείας ἀγορᾶς. Ante maiores basilicas ut plurimum erant plateae, in quibus forum rerum venalium agebatur die festo martyris illius cui dicata erat basilica. Quod quidem idcirco veteres observabant, ut pulchrior esset conspectus vestibulorum, nihilque esset quod luminibus ipsorum officeret. Sic Romae ante basilicam apostolorum erat platea, ut testatur Prudentius. Alexandriae quoque ecclesia erat ad magnam plateam, ut docet Athanasius in epist. ad solitarios: ἐκύκλωσαν τοῦ πυλῶνος ἐν τῇ πλατείᾳ τῇ μεγάλῃ. [Cf. *Wernsdorf.* l. l. p. XXII. sq. not. g.] Porro vox ἀγορᾶς videtur esse scholium additum ad explicationem vocis πλατείας. Nisi malis scribere ἀγυιᾶς. — 5) Τῶν ἔνδον ὁρωμένην θέαν. Scribendum est ὁρωμένων, ut in libro Turnebi ad marginem emendatur.

Cap. XL. 1) [Σωτηρίου — μαρτύριον. Vide ad IV, 40. et supra

κάλλιστα πλείστων ὅσων ἀναθημάτων, χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ λίθων πολυτελῶν ἐν διαλλαττούσαις ὕλαις²)· ὧν τὴν κατὰ μέρος ἐπισκευὴν φιλοτέχνως εἰργασμένην, μεγέθει τε καὶ πλήθει καὶ ποικιλίαις, οὐ σχολὴ νῦν ἐπεξιέναι τῷ λόγῳ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΑ'.

Περὶ οἰκοδομῆς ἐκκλησιῶν ἐν Βηθλεέμ, καὶ τῷ ὄρει τῶν ἐλαιῶν.

Ἀπολαβὼν¹) δ' ἐνταυθοῖ χώρας ἱερὰς δυσὶν ἄντροις μυστικοῖς τετιμημένας²), πλουσίαις καὶ ταύτας φιλοτιμίαις ἐκόσμει, τῷ μὲν τῆς πρώτης τοῦ σωτῆρος θεοφανείας ἄντρῳ³), ἔνθα

---

c. XXXIII. not. 2.] — 2) [Ἐκόσμει δ' αὐτὸν — — ὕλαις. Vid. *Wernsdorf.* hist. templi Const. p. XXV sq.: „Ad illa ornamenta ex auro, argento, gemmis, quibus templum diversimode venustavit (Constantinus), pertinebant (praeter duodecim illos crateres argenteos quos Eusebius cap. XXXVIII. ἀνάθημα κάλλιστον Constantini dicit. Cf. IV, 44 ext. Herodot. I, 6, 14. 15. 29. 9, 65. 10, 70. edit. *Wesseling.*) primum lampades, lychni, candelabra, quorum in vigiliis, maxime paschalibus, infinitus numerus necessarius erat: deinde vela, palliae, vestes sacrae, inter quas illa maxime celebris est, quam imperatoris iussu, aureis filis contextam, pro episcopo ad baptismatis ceremoniam obeundam, Cyrillus in egestate publica distraxisse ferebatur (vid. Sozomen. H. E. IV, 25. Theodoret. H. E. II, 27.): porro calices, disci, paterae, denique codices sacri, iam tum in membranas purpurea aureis argenteisque literis descripti, et auro argentoque ac gemmis cooperti (cf. Euseb. V. C. IV, 36. *Montefalconius* palaeogr. Gr. Lib. I. p. 5. p. 44. *Pet. Zornii* hist. bibliorum pictor. cap. III. p. 27. hist. biblior. manual. p. 91.). Nam imagines quidem vel statuas Mariae deiparae atque aliorum sanctorum, recens exstructo templo ab imperatore illatas, et, velut anathemata, suspensas fuisse, nec ab Eusebio, nec ab aliis auctoribus, invenio commemoratum." Cf. *Iul. Caes. Bulengerus* de donariis pontific. et de templis Lib. III. T. I. varr. opusc., *Iac. Phil. Thomasinus* de donariis, anathematis et tabellis votivis in Thesaur. antiqq. Rom. Graev. T. XII. *Suicer.* thes. T. I. p. 272 sq. *Schmidt* Handbuch der christlichen KG. T. III. p. 331.]

Cap. XLI. 1) [Ὑπολαβὼν Cast. S
laudib. Constant. c. IX. πάντων δ' ἐξαίρ
λαβὼν, quod Val. vertit: „Cum duo p
accuratius quam h. l.: „Alia *quoque* eiu
aggressus est." Similiter Stroth.: „E
zween andre Oerter." Cf. *Wesseling.*
laudib. Const. l. l. τρεῖς δ' ἀπολαβὼν χ
τετιμημένας. Scribendum est τετιμημένας
orationibus Constantini pagina 630. ubi
[Τῆς πρώτης — ὑπέστη. Sequitur hoc lo
doctores ut Iustinum M., Origenem, apud
tianae initiis opinio, Iesum in spelunca
E. F. Wernsdorf. dissert. de Bethlehem
Cf. Euseb. infra cap. XLIII. et demonst
Καὶ εἰς δεῦρο δὲ οἱ τὸν τόπον οἰκοῦντες,

δὴ καὶ τὰ τῆς ἐνσάρκου γενέσεως ὑπέστη, τὰς κατάλλήλους νέμειν τιμάς, τῷ δὲ τῆς εἰς οὐρανοὺς ἀναλήψεως τὴν ἐπὶ τῆς ἀκρωρείας μνήμην σεμνύνων. Καὶ ταῦτα δὲ φιλοκάλως ἐτίμα, τῆς αὐτοῦ μητρὸς, ἣ τοσοῦτον ἀγαθὸν τῷ τῶν ἀνθρώπων διηκονεῖτο βίῳ, διαιωνίζων τὴν μνήμην.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΒ'.

Ὅτι Ἑλένη ἡ βασιλὶς ἡ Κωνσταντίνου μήτηρ, εἰς εὐχὴν παραγενομένη, ταύτας ᾠκοδόμησεν.

Ἐπειδὴ γὰρ αὕτη τῷ παμβασιλεῖ θεῷ τὸ τῆς εὐσεβοῦς διαθέσεως ἀποδοῦναι χρέος ἔργον ἐποιήσατο, ὑφ' υἱῷ τε βασιλεῖ τοσούτῳ, παισί τε αὐτοῦ καίσαρσι θεοφιλεστάτοις ἑαυτῆς ἐκγόνοις, τὰ χαριστήρια δεῖν ᾤετο δι' εὐχῶν ἀποπληρῶσαι, ἧκε δὴ[1]) σπεύδουσα νεανικῶς ἡ πρέσβυς, ὑπερβαλλούσῃ φρονήσει[2])

θούσης παραδόσεως, ταῖς τῶν τόπων ἱστορίας χάριν εἰς τὸ Βηθλεὲμ ἀφικνουμένοις μαρτυροῦσι, τῷ λόγῳ πιστούμενοι τὴν ἀλήθειαν, διὰ τῆς τοῦ ἄγρου δείξεως, ἐν ᾧ τικοῦσα ἡ παρθένος, κατατέθειται τὸ βρέφος. Ubi pro τοῦ ἄγρου *Casaubonus* exercit. II. ad *Baronii* annott. eccles. legi non male voluit τοῦ ἄντρου. Origen. contra Cels. T. I. c. 51. Περὶ δὲ τοῦ γεγεννῆσθαι τὸν Ἰησοῦν ἐν Βηθλεὲμ, εἰ βούλεταί τις μετὰ τὴν τοῦ Μιχαίου προφητείαν, καὶ μετὰ τὴν ἀναγεγραμμένην ἐν τοῖς εὐαγγελίοις ὑπὸ τῶν Ἰησοῦ μαθητῶν ἱστορίαν, καὶ ἄλλοθεν πεισθῆναι, κατανοησάτω, ὅτι ἀκολούθως τῇ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ περὶ τῆς γενέσεως αὐτοῦ ἱστορίᾳ, δείκνυται τὸ ἐν Βηθλεὲμ σπήλαιον, ἔνθα ἐγεννήθη, καὶ ἡ ἐν τῷ σπηλαίῳ φάτνη, ἔνθα ἐσπαργανώθη· καὶ τὸ δεικνύμενον τοῦτο διαβόητόν ἐστιν ἐν τοῖς τόποις καὶ παρὰ τοῖς τῆς πίστεως ἀλλοτρίοις, ὡς ἄρα ἐν τῷ σπηλαίῳ τούτῳ ὁ ὑπὸ Χριστιανῶν προσκυνούμενος καὶ θαυμαζόμενος γεγέννηται Ἰησοῦς. *Wetsten.* ad Luc. II, 7.]

Cap. XLII. 1) Ἧκε δέ. Malim legere ἧκε δή. Quomodo in Fuketiano codice et in Regiis schedis scriptum inveni. [Imo equidem praetulerim δὲ (cf. *Hermann.* ad Viger. p. 784 sq., 241. p. 846, 345.), nisi δὴ suaderet locus III, 56. Ἐπειδὴ γὰρ πολὺς ἦν — — πρὸς ἀπάτην εὐχερές· εἰκότα δὴ βασιλεὺς πράττων κ. τ. λ. Cf. Zosim. hist. III, 18, 6. ed. Reitem. ἐπεὶ δὲ οἱ ἀπὸ τῆς πόλεως — ἠμύνοντο τοὺς πολιορκοῦντας, ἐγίνετο τε — φόνος· τότε δὴ κ. τ. λ., ubi δὴ pro δὲ reposuit e cod. Pal. Sylburgius.] — 2) Ὑπερβαλλούσῃ φρονήσει. Helenam Constantini matrem, mulierem fuisse singulari prudentia, praeter Eusebii testimonium, multa sunt quae nobis persuadent. Cum enim Constantinum imp. usque ad extremum vitae diem sibi obsequentem habuerit, vel hoc unum singularis prudentiae argumentum est. Fuit etiam hoc summae prudentiae indicium, quod filii sui opibus et augustae dignitatis fastigio non ad luxum et delicias abusa est, sed urbes ac provincias, et privatos homines liberalitate sua sublevavit. Cumque nepotes suos Constantini liberos summo amore diligeret, id ante omnia providit, ne quis ex Constantii liberis, Constantini fratribus, imperium eis subriperet. Quocirca illos velut exules quoad vixit, semper detinuit, nunc Tolosae in Gallia, ut scribit Ausonius, nunc Corinthi, quemadmodum scribit Iulianus in epistola ad Corinthios. Cuius quidem epistolae fragmentum extat apud Libanium in oratione pro Aristophane Corinthio

τὴν ἀξιάγαστον ἀνιστορήσουσα γῆν, ἔθνη τε τὰ ἑῷα καὶ δήμους ὁμοῦ καὶ λαοὺς βασιλικῇ προμηθείᾳ ἐποψομένη[3]). Ὡς δὲ τοῖς βήμασι τοῖς σωτηρίοις τὴν πρέπουσαν ἀπεδίδου προσκύνησιν, ἀκολούθως προφητικῷ λόγῳ[4]) φάντι, „προσκυνήσωμεν εἰς τὸν τόπον οὗ ἔστησαν οἱ πόδες αὐτοῦ,“ τῆς οἰκείας εὐσεβείας καρπὸν καὶ τοῖς μετέπειτα παραχρῆμα καταλέλοιπεν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΓ'.

Ἔτι περὶ ἐκκλησίας ἐν Βηθλεέμ.

Αὐτίκα δ᾽ οὖν τῷ προσκυνηθέντι Θεῷ δύο νεὼς ἀφιέρου, τὸν μὲν πρὸς τῷ τῆς γεννήσεως ἄντρῳ, τὸν δ᾽ ἐπὶ τοῦ τῆς ἀναλήψεως ὄρους. Καὶ γὰρ καὶ γέννησιν ὑπὸ γῆν[1]) ὁ μεθ᾽ ἡμῶν Θεὸς δι᾽ ἡμᾶς ἠνέσχετο, καὶ τόπος αὐτοῦ τῆς ἐνσάρκου γεννήσεως, ὀνομαστὶ παρ᾽ Ἑβραίοις ἡ Βηθλεὲμ ἐκηρύττετο. Διὸ δὴ βασιλὶς ἡ θεοσεβεστάτη, τῆς θεοτόκου[2]) τὴν κύησιν

---

pag. 217. ubi Libanius Helenam κακοῦργον μητρυιὰν consilio et novercalibus odiis Constantium Iuliani patre ductum fuisse testatur. [Stroth. ad h. l.: „*Man kann ganz kurz beschreiben, wer Elisabeth Farnes Spanien kennt, der kennt Helenen.*“] — 3) [ἐποψομένη. Annus itineris Helenae in Palaestinam incertu Leben Constantins p. 291 sq.] — 4) [*Προφητικῷ λό* CXXXII, 7. Ad rem vid. *Augusti* Denkwürdigkeiten p. 106 sq.]

Cap. XLIII. 1) *Γέννησιν ὑπὸ γῆν.* Vim Graecae vocis non recte expressit Christophorsonus qui vertit *in terris nasci.* Plus enim dicit Eusebius, *dominum scilicet nostra causa nasci voluisse in subterraneo specu.* Hieronymus in epitaphio Paulae: *Bethleem et in specum Salvatoris introiens.* Et paulo post: *Orare in spelunca, in qua virgo puerpera dominum infantem fudit,* etc. Ex quo obiter apparet, ubicumque Eusebius ἄντρον dixit, *specum* aut *speluncam* verti debuisse. Sic enim Latini vocant, non autem antrum, ut vertit Christophorsonus. [Vid. *E. F. Wernsdorf,* diss. de Bethlehema apud Hieronymum p. XIII. sq. not. 25. p. XXII. sq. Cf. supra c. XLI. not. 3. Templum vero hoc ab Helena exstructum descripsit *Ioh. Ciampinus* de sacris aedificiis a Constantino M. exstructis p. 150. addita simul templi illius speluncae superstructi ichnographia et scenographia. Cf. Sozomen. H. E. II. p. 46. edit. Reading., qui eandem rem narrans: ᾠκοδόμησε, inquit, ναὸν ἐν Βηθλεὲμ ἀμφί τε τῆς γεννήσεως Χριστοῦ σπήλαιον. Epiphan. adv. haeres. II. T. I. p. 431. ed. Colon.] — 2) [Τῆς θεοτόκου. Recte animadvertit Strothius ad h. l.: „*Dieser bekannte Ausdruck, worüber in der Folge so viel Streit entstanden, verdient bemerkt zu werden.*“ Ostendit enim hic locus, quod temere negaverunt plures VV. DD., vocem illam θεοτόκος satis diu ante lites Nestorianas esse usurpatam. Vid. *Augusti* Denkwürdigkeiten T. III. p. 14.* cf. T. IV. p. 225. Eadem voce usi sunt Dionysius Alexandrinus, Gregorius Thaumaturgus, Alexander, episcopus Alexandrinus et ipse Origenes, Iohannes autem Antiochenus in epistola

α κατεκόσμει, παντοίῳ, τὸ τῆδε ἱερὸν ἄντ-
βασιλεὺς δὲ μικρὸν ὕστερον βασιλικοῖς
ἀντρον ἐτίμα, κοῖς ἐξ ἀργύρου καὶ χρυσοῦ
παραπετάσμασί τε ποικίλοις[3]) τὰς τῆς μητρὸς
ς. Πάλιν δ' ἡ μὲν βασιλέως μήτηρ τῆς εἰς
τοῦ τῶν ὅλων σωτῆρος, ἐπὶ τοῦ τῶν ἐλαιῶν
ἐπηρμένοις οἰκοδομίαις ἀνύψου, ἄνω πρὸς
κρᾳ τὴν τοῦ παντὸς ὄρους κορυφὴν, ἱερὸν
ἐγείρουσα, νεών τε[4])· κἀνταῦθα λόγος ἀλη-

---

ad Nestorium quamvis illam appellationem Mariae convenire ipse negaret, tamen eam a pluribus patribus usurpatam, a nullo unquam repudiatam esse affirmat. Vid. *Bevereg.* annot. in can. concil. Ephesin. p. 104. *Pearson.* expos. symb. Apost. p. 178. *Reading.* ad Socrat. H. E. VII, 32. p. 382. Cf. *Cramer* Fortsetzung des Bossuet T. IV. p. 227. ed. nov.] — 3) *Παραπετάσμασί τε ποικίλοις.* [Cast. παραπετάσματα.] Non probo interpretationem Christophorsoni qui *aulaea* interpretatur. Nam aulaea scenae potius conveniunt quam ecclesiae. *Vela* igitur interpretari malui. Vela enim in ecclesiis erant. Nam et in portis fuerunt vela, de quibus Epiphanius in epistola ad Ioannem Hierosolymitanum quam Latine vertit Hieronymus: et circa altare, cuiusmodi apud nos etiamnum visuntur. Porro vela quae ad portas appendebantur, Graeci ἀμφίθυρα dicebant, quae vox legitur in epistola Chosrois apud Theophylactum in libro V. cap. 14. Occurrit etiam apud Chrysostomum in homilia 87. in Matthaeum. In vetere charta donationis quae facta est ecclesiae Cornutianae quam edidit Iosephus Suaresius Vasionensis episcopus, fit mentio horum velorum his verbis: *Et pro arae ora, vela tramoserica, alba auroclava duo etc. Item ante regias basilicae, vela linea plumata maiora fissa numero tria; Item vela linea pura tria. Ante consistorium velum lineum purum unum. In pronao velum lineum purum unum et intra basilicam pro porticia vela linea rosulata sex; et ante secretarium vel cutticula* (forte scribendum cubicula) *vela linea rosulata penalia, habentia arcus duo.* — 4) *Νεών τε.* Deesse hic videntur nonnulla, aut certe transposita esse vocabula. Itaque locum sic restitui mallem: ἱερὸν οἶκον ἐκκλησίας νεών τε ἅγιον ἀνεγείρουσα. Haec autem verba sic intellexit Christophorsonus, quasi dicat Eusebius Helenam duas ecclesias construxisse in monte olivarum, alteram in vertice, alteram in specu, quod tamen verum non puto. Unam enim basilicam a Constantino illic aedificatam esse, tradit auctor itinerarii Hierosolymitani. Et Eusebius in panegyrico ubi de martyrio loquens quod Constantinus Hierosolymis aedificavit, eodem modo loquitur: οἶκον εὐκτήριον παμμεγέθη νεών τε ἅγιον τῷ σωτηρίῳ σημείῳ πλουσίως καὶ δαψιλέσι κατεκόσμει φιλοτιμίαις. Ubi vides οἶκον εὐκτήριον et ναὸν coniungi, et de una eademque ecclesia dici. Et οἶκον quidem εὐκτήριον appellat basilicam, eo quod populus orandi causa eo conveniret, ναὸν vero totam aedem sacram, quae uno ambitu contenta continet in se atrium, porticum, secretarium, baptisterium, et ipsam basilicam. Quod quidem apertissime docet Eusebius infra in cap. 50. huius libri, ubi de dominico aureo loquitur, quod Constantinus Antiochiae aedificavit. Atque ita explicandus est Eusebii locus in fine panegyrici de tricennalibus Constantini, et in libro X. hist. ecclesiasticae, et in cap. 45. huius libri, ubi ναὸν et εὐκτήριον οἶκον simul iungit. Paulo aliter in lege 5. codice Theod. de his qui ad ecclesias confugiunt. Ibi enim ναὸς εὐκτήριος dicitur basilica seu oratorium in quo est altare. Ecclesia vero dicitur totum aedificium, cuius ambitu atrium, porticus, cellae, lavacra, ipsum denique oratorium continentur. —

θής [5]) κἀνταῦθα, ἐν αὐτῷ ἄντρῳ [6]) τοὺς αὐτοῦ θιασώτας μυεῖν τὰς ἀποῤῥήτους τελετὰς τὸν τῶν ὅλων σωτῆρα. Βασιλεὺς δὲ κἀνταῦθα παντοίοις ἀναθήμασί τε καὶ κόσμοις τὸν μέγαν ἐγέραιρε βασιλέα. Καὶ δὴ δύο ταῦτα μνήμης ἐπάξια αἰωνίου, σεμνὰ καὶ περικαλλῆ καθιερώματα, ἐπὶ δύο μυστικῶν ἄντρων Ἑλένη αὐγούστα θεῷ τῷ αὐτῆς σωτῆρι, θεοφιλοῦς βασιλέως θεοφιλὴς μήτηρ, εὐσεβοῦς τεκμήρια διαθέσεως ἱδρύτο, δεξιὰν αὐτῇ βασιλικῆς ἐξουσίας τοῦ παιδὸς παρασχομένου. Καρπὸν δ' ἐπάξιον ἡ πρέσβυς οὐκ εἰς μακρὰν ἀπελάμβανεν, ἀγαθοῖς μὲν ἅπασι τὸν πάντα τῆς ζωῆς χρόνον ἐπ' αὐτῷ γήραος οὐδῷ διαπερανάμενη, λόγοις δὲ καὶ ἔργοις τῶν σωτηρίων παραγγελμάτων εὐθαλεῖς παρασχομένη καρπούς, κἄπειθ' οὕτω βίον εὐσταλῆ καὶ ἄλυπον, σώματός ὁμοῦ καὶ ψυχῆς ἐν ἐῤῥωμένῳ φρονήματι διανύσασα· ἐφ' οἷς καὶ τέλος εὐσεβείας ἐπάξιον, ἀγαθῶν τῶν παρὰ θεοῦ ἀμοιβὴν κἀπὶ τοῦ παρόντος εὕρατο βίου.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΔ'.

Περὶ μεγαλοψυχίας καὶ εὐποιΐας τῆς Ἑλένης.

Τὴν γάρ τοι σύμπασαν ἑῴαν μεγαλοπρεπείᾳ βασιλικῆς ἐξουσίας ἐμπεριελθοῦσα, μυρία μὲν ἀθρόως τοῖς κατὰ πόλιν

---

5) *Κἀνταῦθα λόγος ἀληθής.* Auctor itinerarii Hierosolymitani: *Inde*, inquit, *ascendis in montem Oliveti, ubi dominus discipulos docuit ante passionem.* Beda in libro de locis sanctis cap. 7. *Tertia quoque eiusdem montis ad australem Bethaniae partem ecclesia est, ubi dominus ante passionem discipulis de die iudicii locutus est.* Intelligit locum Matthaei cap. XXIV. Hanc igitur praedicationem Eusebius hoc loco appellat *ἀποῤῥήτους τελετὰς*, id est, *arcana mysteria*, eo quod de rebus arcanis, puta de consummatione mundi, et de adventu Christi extremoque iudicio, tunc dominus locutus sit. Nam et apostoli tunc accesserunt ad dominum secreto, ut ait Matthaeus, quippe qui mysteria et futurorum revelationem nosse cupiebant, quemadmodum scribit Hieronymus in Matthaeum. Quod vero ait Eusebius, dominum haec mysteria tradidisse apostolis in spelunca, id quidem in evangelio diserte non scribitur. Immo contrarium potius elici posse, videtur ex evangelio. In eo enim refertur, urbem Hierosolymorum in conspectu fuisse discipulis, cum dominus haec praedicaret. Non igitur in spelunca erant, sed in patente et aperto loco. Responderi tamen potest, speluncam illam varia habuisse foramina, cuiusmodi plures speluncae fuerunt in Palaestina, ut docent itineraria. Certe cum Matthaeus affirmet, discipulos secreto ad dominum accessisse, probabile est [?] eum sermonem in spelunca a domino illic residente habitum fuisse. Multi quoque ex veteribus credidere, Christum octo beatitudines et cetera quae leguntur apud Matthaeum cap. V. et seq., in Oliveti monte docuisse; quam tamen sententiam refellit b. Hieronymus. — 6) *Τοὺς ἐν αὐτῷ ἄντρῳ.* Prima vox delenda est utpote superflua. Alludere autem videtur Eusebius ad morem gentilium, qui Mithriaca sacra in spelaeo peragebant, ut docet Porphyrius in libro de abstinentia, Hieronymus aliique. Coniecturam nostram confirmat codex Fuketii, in quo vox illa τοὺς abest.

ἐδωρεῖτο δήμοις, ἰδίᾳ τε τῶν προσιόντων ἑκάστῳ· μυρία δὲ τοῖς στρατιωτικοῖς τάγμασι δεξιᾷ μεγαλοπρεπεῖ διένεμε, πλεῖστά θ' ὅσα πένησι γυμνοῖς καὶ ἀπεριστάτοις ἐδίδου, τοῖς μὲν χρημάτων δόσεις ποιουμένη, τοῖς δὲ τὰ πρὸς τὴν τοῦ σώματος σκέπην δαψιλῶς ἐπαρκοῦσα· ἑτέρους ἀπήλλαττε δεσμῶν, μετάλλων τε κακοπαθείᾳ ταλαιπωρουμένους· ἠλευθέρου τε πλεονεκτουμένους· καὶ πάλιν ἄλλους ἐξορίας ἀνεκαλεῖτο.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΕ'.

Ὅπως εὐλαβῶς ἐν ταῖς ἐκκλησίαις συνήγετο ἡ Ἑλένη.

Τοιούτοις δῆτα λαμπρυνομένη, οὐδὲ τῆς¹) πρὸς τὸν Θεὸν ὁσίας κατωλιγώρει, φοιτῶσαν μὲν αὐτὴν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ διὰ παντὸς ὁρᾶσθαι παρέχουσα, λαμπροῖς δὲ κατακοσμοῦσα κειμηλίοις τοὺς εὐκτηρίους οἴκους, μηδὲ τοὺς ἐν ταῖς βραχυτάταις πόλεσι παρορῶσα ναούς. Ἦν οὖν ὁρᾷν τὴν θαυμασίαν, ἐν σεμνῇ καὶ εὐσταλεῖ περιβολῇ τῷ πλήθει συναγελαζομένην, τήν τε πρὸς τὸ Θεῖον εὐλάβειαν διὰ πάσης θεοφιλοῦς πράξεως ἐπιδεικνυμένην.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Μς'.

Ὅπως ὀγδοηκοντοῦτις οὖσα καὶ διαθεμένη, ἐτελεύτα.

Ἐπεὶ δὲ λοιπὸν τὰ τῆς αὐτάρκους διανύσασα ζωῆς, ἐπὶ τὴν κρείττονα λῆξιν¹) ἐκαλεῖτο, σχεδόν που τῆς ἡλικίας ἀμφὶ τοὺς ὀγδοήκοντα ἐνιαυτοὺς διαρκέσασα, πρὸς αὐτῷ γενομένη τῷ τέλει, συνετάττετο καὶ διετίθετο, ἐπὶ μονογενεῖ υἱῷ βασιλεῖ μονάρχῳ κοσμοκράτορι, παισί τε τούτου καίσαρσιν ἑαυτῆς ἐκγόνοις, τὴν ὑστάτην βουλὴν διοριζομένη, διανέμουσά τε τῶν ἐκγόνων ἑκάστῳ τὰ τῆς οἰκείας ὑπάρξεως, ὅση τις αὐτῇ καθ' ὅλης ὑπῆρξε τῆς οἰκουμένης. Καὶ δὲ τοῦτον διαθεμένη τὸν τρόπον, λοιπὸν τὴν τοῦ βίου κατέλυε²) τελευτήν, παρόντος αὐτῇ καὶ παρεστῶτος υἱοῦ τοσούτου, θεραπεύοντός τε καὶ τῶν χειρῶν ἐφαπτομένου· ὡς μὴ τεθνάναι εἰκότως τὴν τρισμακαρίαν τοῖς εὖ φρονοῦσι δοκεῖν, μεταβολὴν δὲ καὶ μετάθεσιν ἀληθεῖ λόγῳ τῆς γεώδους ζωῆς ἐπὶ τὴν οὐράνιον ὑπομεῖναι³).

Cap. XLV. 1) [Τῆς ἄλλης Steph. Zimm.]

Cap. XLVI. 1) [Κρείττονα λῆξιν, id est, feliciorem *sortem*, *statum*. De voce λῆξις vid. *Matthaei* Chrysost. homill. Vol. I. p. 82 sq. not. 44. Cf. I, 25. not. 4. I, 59. II, 10.] — 2) [*Κατέλυσε* Ion.] — 3) [Ὡς

Ἀνεστοιχειοῦτο γοῦν αὐτῇ ψυχῇ[4]), *ἐπὶ τὴν ἄφθαρτον καὶ ἀγγελικὴν οὐσίαν, πρὸς τὸν αὐτῆς ἀναλαμβανομένη σωτῆρα.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΖ'.

Ὅπως τὴν μητέρα Κωνσταντῖνος κατέθετο, καὶ πρὸ τούτου καὶ ζῶσαν ἐτίμησεν.

Καὶ τὸ σκῆνος δὲ τῆς μακαρίας, οὐ τῆς τυχούσης ἠξιοῦτο σπουδῆς· πλείστῃ γοῦν δορυφορίᾳ ἐπὶ τὴν βασιλεύουσαν πόλιν[1])

μὴ τεθνάναι — ὑπομένειν. Laetiores eiusmodi de vere Christianorum morte notiones, doctrinae N. T. bene convenientes (vid. Luc. XVI, 25. Ioh. V, 24. XI, 26. Rom. VIII, 10. 18. 28. 35. 38. 2 Corinth. V, 8. Philipp. I, 21. 23. etc.), apud patres haud raro inveniuntur. Inde autem factum est ut hominis e vita excessus laetioribus quoque ab iisdem patribus loquendi formulis passim describatur, ut h. l. *μεταβολῆς* et *μεταθέσεως* vocabula legimus, quamvis neque illud tacendum sit, in universum communem quandem res tristiores mollioribus vocabulis significandi consuetudinem simul hoc effecisse. Vide quae pluribus neque hoc Eusebii loco neglecto exposuimus ad Euseb. H. E. X, 8. T. III. p. 275. Add. Thucyd. III, 82, 45. ed. *Ducker.* Strabo XV. p. 1039. C. *νομίζειν μὲν γὰρ δὴ — τὸν θάνατον γένεσιν εἰς τὸν ὄντως βίον καὶ τὸν εὐδαίμονα τοῖς φιλοσοφήσασι.* *Stephanus* append. ad script. de diall. p. 200. *Gataker.* de N. Instr. stylo c. XIX. *Reinhard.* opusc. V. II. p. 338. p. 440. *Augusti* Denkwürdigkeiten T. IX. p. 495-509.] — 4) *Ἀνεστοιχειοῦτο γοῦν αὐτῇ ψυχῇ.* Haec Origenis doctrinam sapere videntur, cui supra modum addictus fuit Eusebius noster. Neque enim animae beatorum in angelicam substantiam reformantur. Certe Origenes in resurrectione corpora in animas, et animas in angelos mutatum iri credidit, ut alicubi dicit Hieronymus. [Pro *αὐτῇ ψυχῇ* *Lowthio* legendum videtur *αὐτῆς ψυχὴ*, Zimmerm. autem cum Ion. scripsit *αὐτὴ ψυχή*. Val. vertit: „*Anima* igitur *illius* in incorruptibilem et angelicam substantiam reformata" et Stroth.: „*Ihre Seele wurde — in eine unvergängliche und englische Substanz verwandelt.*" Itaque iidem *αὐτῆς ψυχὴ* scribendum putasse videntur. Sed eo non opus videtur. De voce *ἀναστοιχειοῦσθαι* veteribus Graecis ignota vid. *Suicer.* thes. T. I. p. 321. cf. T. II. p. 862 sq.]

Cap. XLVII. 1) *Ἐπὶ τὴν βασιλεύουσαν πόλιν.* Romam intelligit. Eo enim delatum est cadaver Helenae Augustae, et post biennium Constantinopolim deportatum, ut tradit Nicephorus in libro VIII. cap. 30. At Socrates in lib. I. cap. 17. verba Eusebii transscribens, *τὴν βασιλεύουσαν πόλιν* novam Romam interpretatur. Quem Socratis errorem merito reprehendit Baronius, cum Eusebius regiae urbis nomine Romam semper designare soleat. Adde quod nondum dedicata erat Constantinopolis, ac proinde urbs regia vocari non poterat, cum tunc temporis esset tantum vetus Byzantium. Socratem tamen secutus est Cedrenus; qui etiam hoc addit Helenam duodecim annis ante Constantinum e vivis abiisse: *καὶ ἀπετέθη ἐν λάρνακι πορφυρᾷ αὐτός τε καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ Ἑλένη, πρὸ δώδεκα ἐτῶν τῆς αὐτοῦ τελευτῆς ἀποθανοῦσα.* Hac ratione Helenam mortuam esse oporteret anno Christi 325. aut certe 326. Quo tamen anno Hierosolymam profecta esse dicitur ab Eusebio et Rufino. Adde quod post Crispi caesaris et Faustae augustae necem Helena aliquandiu supervixit, ut testatur Zosimus in libro II. Porro Crispus occisus est Constantino augusto VII. et Constantio cae-

ἀνεκομίζετο, ἐνταυθοῖ δὲ ἠρίῳ βασιλικῷ ἀπετίθετο. Τοῦ μὲν οὖν βασιλέως ἐτελειοῦτο ἡ μήτηρ, ἀξία γενομένη μνήμης ἀλήστου, τῶν τε αὐτῆς εἵνεκα θεοφιλῶν πράξεων, τοῦ τ' ἐξ αὐτῆς φύντος ὑπερφυοῦς καὶ παραδόξου φυτοῦ ὃν πρὸς τοῖς ἅπασι.[2]), καὶ τῆς εἰς τὴν γειναμένην ὁσίας μακαρίζειν ἔδει, οὕτω μὲν αὐτὴν θεοσεβῆ καταστήσαντα, οὐκ οὖσαν πρότερον[3]), ὡς αὐτῷ δοκεῖν[4]) ἐκ πρώτης τῷ κοινῷ σωτῆρι μεμαθητεῦσθαι. Οὕτω δὲ ἀξιώματι βασιλικῷ τετιμηκότα, ὡς ἐν ἅπασιν ἔθνεσι, παρ' αὐτοῖς τε τοῖς στρατιωτικοῖς τάγμασιν, αὐγούσταν βασιλίδα ἀναγορεύεσθαι, χρυσοῖς τε νομίσμασι καὶ τὴν αὐτῆς ἐκτυποῦσθαι εἰκόνα· ἤδη δὲ καὶ θησαυρῶν βασιλικῶν παρεῖχε τὴν ἐξουσίαν, χρῆσθαι κατὰ προαίρεσιν καὶ διοικεῖν κατὰ γνώμην, ὅπως ἂν ἐθέλοι καὶ ὡς ἂν εὖ ἔχειν αὐτῇ νομίζοιτο ἑκάστοτε, τοῦ παιδὸς αὐτὴν κἀν τούτοις διαπρεπῆ καὶ ἀξιοζήλωτον πεποιημένου. Διὸ τῶν εἰς αὐτοῦ μνήμην ἀναφερομένων, καὶ ταῦτ' εἰκότως ἡμῖν ἀνείληπται, ἃ δι' εὐσεβείας ὑπερβολὴν μητέρα τιμῶν, θεσμοὺς ἀπεπλήρου θείους, ἀμφὶ γονέων τιμῆς τὰ πρέποντα διαταττομένους. Τὰς μὲν οὖν λεχθείσας φιλοκαλίας βασιλεὺς πρὸς τῷ Παλαιστινῶν ἔθνει τόνδε συνίστη τὸν τρόπον· καὶ κατὰ πάσας δὲ τὰς ἐπαρχίας νεοπαγεῖς ἐκκλησίας ἐπισκευάζων, μακρῷ τῶν προτέρων τιμιωτέρας ἀπέφαινε.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΗ'.

Ὅπως ἐν Κωνσταντίνου πόλει μαρτύρια μὲν ᾠκοδόμησε, πᾶσαν δὲ εἰδωλολατρίαν περιεῖλε.

Τὴν δέ γ' ἐπώνυμον αὐτοῦ πόλιν ἐξόχῳ τιμῇ γεραίρων, εὐκτηρίοις πλείοσιν ἐφαίδρυνε, μαρτυρίοις τε μεγίστοις καὶ περιφανεστάτοις οἴκοις, τοῖς μὲν πρὸ τοῦ ἄστεος, τοῖς δ' ἐν

---

sare coss. anno Christi 326., ut legitur in fastis Idatii. Mors igitur Helenae anno domini 827. recte adsignari potest, quemadmodum sentit Sigonius in libro III. de imperio occidentali. [Helenam non ut *Pagi* aliique voluerunt, a. CCCXXVI. mortuam esse, recte Valesius ad h. l. defendit. Sed eandem vel nonnullis annis demum post a. CCCXXVII. obiisse, satis probabile reddidit *Manso* Leben Constantins p. 291 sqq. cf. p. 368., atque idem simul in verbis τὴν βασιλεύουσαν πόλιν non de Roma sed de Constantinopoli cogitandum esse monuit l. l. p. 293. Cf. supra c VII. not. 6.] — 2) [Τοῖς ἄλλοις ἅπασι Cast.] — 3) [Αὐτὴν θεοσεβῆ — πρότερον. Cf. Theodoret. H. E. I, 18. *Neander* Geschichte der christl. Rel. u. Kirche T. II. P. I. p. 11.] — 4) Ὡς αὐτὸ δοκεῖν. Scribendum est αὐτῷ. Refertur enim ad τῷ κοινῷ σωτῆρι. Atque ita in libro Moraei ad marginem emendatum inveni. Nec aliter scribitur in codice Fuketii et Savilii, et in Regiis schedis.

αὐτῷ τυγχάνουσι· δι' ὧν ὁμοῦ καὶ τὰς τῶν μαρτύρων μνήμας ἐτίμα, καὶ τὴν αὐτοῦ πόλιν τῷ τῶν μαρτύρων καθιέρου Θεῷ. Ὅλος δ' ἐμπνέων[1]) θεοῦ σοφίας, ἣν τῆς ἐπηγορίας τῆς αὐτοῦ πόλιν ἐπώνυμον ἀποφῆναι ἔκρινε, καθαρεύειν εἰδωλολατρίας ἁπάσης ἐδικαίου[2]), ὡς μηδαμοῦ φαίνεσθαι ἐν αὐτῇ, τῶν νομιζομένων θεῶν ἀγάλματα ἐν ἱεροῖς θρησκευόμενα, ἀλλ' οὐδὲ βωμοὺς λύθροις αἱμάτων μιαινομένους, οὐ θυσίας ὁλοκαυτουμένας πυρί, οὐ δαιμονικὰς ἑορτάς[3]), οὐδ' ἕτερόν τι τῶν συνήθων τοῖς δεισιδαίμοσιν.

Cap. XLVIII. 1) *Ὅλως δ' ἐμπνέων.* Malim scribere ὅλος, quod longe elegantius est. Sic certe in codice Fuk. et in Regiis schedis scriptum habetur. — 2) [*Καὶ τὴν πόλιν — — ἐδικαίου.* Memoratu haud indignum est, ut Eusebius prorsus tacet h. l., quod tradunt Zonaras, Cedrenus, alii (vid. *Du Cange* Constantinop. Christ. II, 4. p. 30.), Constantinum M. urbem a se conditam dedicasse matri dei, ita eundem nihil plane quod superstitionem paganam redolere videri posset, a Constantino in urbe dedicanda institutum esse, affirmare. Hinc non solum prius illud recte reiiciunt VV. DD., sed etiam vix recte secutus chronic. Alexand. p. 285. anonym. de antiquitt. Constantinop. I. p. 3. V. p. 91. et alios haec scripsit *Manso* Leben Constantins des Grossen p. 77 sq.: „*Nicht nur sein vergoldetes Standbild aus Holz mit einer ebenfalls vergoldeten Tyche auf der Rechten setzte Constantin, als er die Stadt weihte, zur Verehrung aus, sondern befahl auch, es solle jährlich an ihrem Geburtstage, bey der Feyer der Spiele im Circus, auf einem Wagen herbeygeführt und dem Kayserlichen Throne gegenüber gestellt werden, der jedesmahlige Kayser aber sich vor dem Standbilde und der Tyche der Stadt anbetend niederwerfen. Eine Anordnung, wie die erwähnte, sagt deutlich, dass Constantinopel, soviel auch darüber gefabelt (?) worden ist, keine christliche Stadt war und seyn sollte, wenigstens nicht ursprünglich, noch ihrer Bestimmung nach.*" Cf. III, 40. not. 2. IV, 16. Socr. I, 16. *F. Spanhemii* opera p. 853. Lugd. Bat. 1701. *Schröckh* KG. T. V. p. 110 sq. *Manso* l. l. p. 253. p. 311 sqq. *Augusti* Denkwürdigkeiten T. III. p. 16 — 18. *Gieseler* Lehrbuch der KG. T. I. §. 72.] — 3) [*Δαιμονικὰς ἑορτὰς* Val. vertit: „*daemonum* festivitates" Stroth.: „*Teufels* Feste." Sed quae praeterea monuit Stroth. ad h. l. p. 350.: „*D. i. Götzen-Feste: — Das Wort δαίμων hat zu dieser Zeit, immer die Zweydeutigkeit, dass es den Teufel und auch einen Götzen bedeutet. Diese Zweydeutigkeit kann im Deutschen nicht ausgedrückt werden, und da dennoch etwas zur Verhöhnung der Götzen darin liegt, so kann man es in den mehrsten Fällen nicht anders als Teufel übersetzen*", haec igitur minime vera esse censeo. Constat enim, *δαίμονας* a veteribus Christianis dici potius *plerumque* de naturis inter deum hominesque mediis iisque malis, id est, de malis angelis et *δαίμονα* interdum de malorum angelorum principe, id est, de diabolo. Vid. I, 36. 45. 54. 58. II, 61. init. III; 1. p. 148. III, 57. ὅτε μάλιστ' ἐνενόουν, ὡς οὐδεὶς — ἐν αὐτοῖς ἀγάλμασιν ἐνοικός, οὐ δαίμων — οὐ θεὸς x. τ. λ. Lactant. instit. divinn. II, 14. Clemens Alex. Strom. V. p. 691. ed. Potter. *Suicer.* thes. T. I. p. 818 sq. et de usu simul verbi inter paganos recepto dissimili et simili *Schmidt* historia dogmatis de angelis tutelaribus in *Illgen* erste Denkschrift der historisch-theol. Gesellschaft zu Leipzig p. 29 sqq. *Tzschirner* Fall des Heidenthums T. I. p. 136. not. 1. p. 256. not. p. 481 sq. not. 4. Itaque per δαιμονικὰς ἑορτὰς videntur potius significari festa, scilicet in honorem

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΘ'.

Σταυροῦ σημεῖον ἐν παλατίῳ, καὶ Δανιὴλ ἐν κρήναις.

Ἴδοις δ' ἂν ἐπὶ μέσων ἀγορῶν κειμέναις κρήναις, τὰ τοῦ καλοῦ ποιμένος σύμβολα, τοῖς ἀπὸ τῶν θείων λογίων ὁρμωμένοις[1]) γνώριμα, τόν τε Δανιὴλ σὺν αὐτοῖς λέουσιν ἐν χαλκῷ πεπλασμένον[2]), χρυσοῦ τε πετάλοις ἐκλάμποντα. Τοσοῦτος δὲ θεῖος ἔρως τὴν βασιλέως κατειλήφει ψυχήν, ὡς τοῖς ἀνακτόροις τῶν βασιλείων κατὰ τὸν πάντων ἐξοχώτατον οἶκον, τῆς πρὸς τῷ ὀρόφῳ κεχρυσωμένης φατνώσεως κατὰ τὸ μεσαίτατον, μεγίστου πίνακος ἀνηπλωμένου, μέσον ἐμπεπῆχθαι τὸ τοῦ σωτηρίου πάθους σύμβολον, ἐκ ποικίλων συγκείμενον καὶ πολυτελῶν λίθων, ἐν χρυσῷ πολλῷ κατειργασμένων. Φυλακτήριον ἐδόκει τοῦτο αὐτῆς βασιλείας τῷ θεοφιλεῖ πεποιῆσθαι.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ν'.

Ὅτι καὶ ἐν Νικομηδείᾳ καὶ ἐν ἄλλαις πόλεσιν ᾠκοδόμησεν ἐκκλησίας.

Τούτοις μὲν οὖν τὴν αὐτοῦ πόλιν ἐκαλλώπιζε· τὴν δὲ Βιθυνῶν ἄρχουσαν[1]), ὁμοίως ἀναθήματι μεγίστης καὶ ὑπερφυοῦς ἐκκλησίας ἐτίμα, ἐξ οἰκείων θησαυρῶν κἀνταῦθα τῷ

τῶν νομιζομένων θεῶν a paganis celebrari solita, quae vel a daemonibus vel a daemonum principe, diabolo profecta sint. Neque enim minus constat, totum cultum paganum Christianos vel a daemonibus vel a diabolo invectum esse censuisse. Vid. *Tzschirner* l. l. p. 288 sqq. Sed de ipsis diis gentilium (*Götze*), δαίμων a veteribus Christianis longe rarius dicitur. Cf. III, 55. αἰσχρῷ δαίμονι Ἀφροδίτης. III, 56. περὶ τὸν τῶν Κιλίκων δαίμονα.]

Cap. XLIX. 1) [Τοῖς — ὁρμωμένοις Val. vertit: „divinorum oraculorum peritis“ Stroth.: „*denen welche die Bibel studirt haben.*“ Cf. indic. ad Euseb. H. E. sub v. ὁρμῶσθαι. De praecedentibus ἐπὶ μέσων — κρήναις vid. *Gothofredus* in dissert. ad Philostorg. VII, 3. p. 272 sq.] — 2) Ἐν χαλκῷ πεπλασμένα. In codice Fuk. scribitur πεπλασμένον, et refertur ad illa verba τόν τε Δανιὴλ. Vulgata tamen lectio magis placet, quippe quae tum in Regio codice tum in veteribus schedis habetur. Πεπλασμένα enim refertur ad vocem σύμβολα. Ita scribendum erit τοῦ τε Δανιὴλ etc.

Cap. L. 1) Τὴν δὲ Βιθυνῶν ἄρχουσαν. Nicomediam intelligit, quae caput erat Bithyniae. [Vid. *Tillemont.* memoires T. VI. P. II. p. 22 sq.] Qua in urbe Constantinus obsessum Licinium ad deditionem compulerat. In memoriam igitur eius victoriae Constantinus Nicomediae basilicam aedificavit. Vide Sozomenum in libro II. cap. 2. [Cf. *Manso* Leben Constan-

αὐτοῦ σωτῆρι τὰ κατ' ἐχθρῶν καὶ θεομάχων ἀνυψοῦν νικητήρια. Καὶ τῶν λοιπῶν δ' ἐθνῶν τὰς μάλιστα κρατιστευούσας πόλεις, ταῖς τῶν εὐκτηρίων φιλοκαλίαις ἐκπρέπειν[2]) ἐποιεῖτο, ὥσπερ οὖν καὶ [τὴν] ἐπὶ τῆς ἀνατολικῆς μητροπόλεως[3], ἣ τὴν ἐπώνυμον εἴληφεν Ἀντιόχου προσηγορίαν· ἐφ' ἧς ὡς ἐπὶ κεφαλῆς τῶν τῇδε ἐθνῶν, μονογενές τι χρῆμα ἐκκλησίας, μεγέθους ἕνεκα καὶ κάλλους, ἀφιέρου, μακροῖς μὲν ἔξωθεν περιβόλοις τὸν πάντα νεὼν περιλαβών, εἴσω δὲ τὸν εὐκτήριον οἶκον[4]) εἰς ἀμήχανον ἐπάρας ὕψος, ἐν ὀκταέδρου[5]) μὲν συνεστῶτα σχήματι, οἴκοις δὲ πλείοσιν, ἐξέδραις τε ἐν κύκλῳ[6]), ὑπερῴων τε

---

tius p. 371.] — 2) [Ἐκπρέπειν Cast.] — 3) Ὥσπερ οὖν καὶ τὴν ἐπὶ τῆς ἀνατολικῆς μητροπόλεως. Scribendum est μητρόπολιν. Nisi malis ita legere: ὥσπερ οὖν καὶ ἐπὶ τῆς ἀνατολικῆς μητροπόλεως, quod certe non displicet. In codice Regio scribitur ὥσπερ οὖν καὶ τὸν etc. [Vocabulum τὴν uncis includendum duxi. In panegyrico Eusebii c. IX. legitur: *Πάντων δ' ἐξαίρετα δύο τμήματα τῆς ἑῴας ἀπολαβών, τὸ μὲν ἐπὶ τοῦ Παλαιστινῶν ἔθνους, ὡς ἂν ἐντεῦθεν ζωοποιοῦ νάματος πηγῆς δίκην ἀνομβρήσαντος εἰς πάντας, τὸ δ' ἐπὶ τῆς ἀνατολικῆς μητροπόλεως ἣ τὴν ἐπώνυμον Ἀντιόχου κοσμεῖ προσηγορίαν κ. τ. λ.* Ad rem vid. *Ziegler* Versuch einer pragmatischen Geschichte der kirchlichen Verfassungsformen p. 164 sq. not. 39. p. 166 sqq. not. 41.] — 4) *Εἴσω δὲ τὸν εὐκτήριον οἶκον.* In panegyrico pag. 630. unde haec transscripta sunt, Eusebius dixit ἀνάκτορον. Ego *basilicam* interpretatus sum, non ut Christophorsonus *sanctuarium.* — 5) Ἐν ὀκταέδρου. Huiusmodi fuit ecclesia illa quam Nonnus Gregorii Nazianzeni pater aedificavit in oppido Nazianzo, ut testatur ipse Gregorius in oratione funebri de laudibus patris sui, pag. 313. Dicebantur autem haec templa octachora. Vetus inscriptio in thesauro Gruteri pag. 1166.

Octachorum sanctos templum surrexit in usus,
Octagonus fons est munere dignus eo.

Octachorum igitur templum est, quod octo habet latera, ab imo ad summum usque culmen surgentia. Ab eadem causa dicuntur altaria trichora in epistola Paulini, id est, trino sinuata recessu, ut ipse Paulinus loquitur in natale S. Felicis. Cedrenus ad annum 26. Constantini octagonum dominicum vocat, quod a Constantino Antiochiae exstructum est. — 6) Ἐξέδραις τε ἐν κύκλῳ. In Eusebii panegyrico pag. 630. rectius legitur ἐξέδραις. Ita enim Eusebius vocat in descriptione ecclesiae Tyri, quam habet in libro X. historiae ecclesiasticae. Quid sit exedra docet Valafridus Strabo in lib. de rebus ecclesiast. c. 6. *Exedra est absida quaedam, separata modicum quidem a templo vel palatio, dicta inde quod extra haereat. Graece autem κύκλον vocatur.* Fallitur quidem Strabo, qui eam vocem Graecam esse non intellexit: in eius tamen vocis origine minime falsus est. Prorsus enim ἐξέδρα dicitur ἀπὸ τῆς ἔξω ἕδρας. Quippe ita dicebantur aedes exteriores, in circuitu basilicae construi solitae, in quibus sedere ac requiescere licebat, ut docet Eusebius. De his Augustinus in libro de gestis cum Emerito Donatista: *Caesareae in ecclesiae maiori, cum Deutericus Metropolitanus episcopus Caesariensis, una cum Alipio, Augustino, Possidio, Rustico et ceteris episcopis in exedram processissent etc.* In concilio Namnetensi canone 6. mentio fit exedrae: *Prohibendum etiam, secundum maiorum instituta, ut in ecclesia nullatenus sepeliantur, sed in atrio aut porticu, aut in exedris ecclesiae.* Ita legitur in codice MS. bibliothecae Puteanae. Hieronymus in caput 40. Ezechielis: *Pro thalamis triginta quos vertere Septuaginta, sive Gazo-*

καὶ καταγείων χωρημάτων⁷) ἁπανταχόθεν περιστοιχισμένον· ὃν καὶ χρυσοῦ πλείονος[8]) ἀφθονίᾳ, χαλκοῦ τε καὶ τοῖς τῆς λοιπῆς πολυτελοῦς ὕλης ἐστεφάνου κάλλεσι.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΑ'.

Ὅτι καὶ ἐν τῇ Μαυρῇ προσέταξεν ἐκκλησίαν γενέσθαι.

Τάδε μὲν οὖν τὰ ἐξοχώτατα βασιλέως ἐτύγχανεν ἀφιερώματα. Πυθόμενος γένει ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν σωτῆρα, τόν τε ἔναγχος ἐπιφανέντα τῷ βίῳ, καὶ πρόπαλαι θεοφανείας πεποιῆσθαι φιλοθέοις ἀνδράσι τῆς Παλαιστίνης ἀμφὶ τὴν καλουμένην δρῦν Μαμβρῆ, κἀνταῦθα οἶκον εὐκτήριον ἀνεγεῖραι τῷ ὀφθέντι θεῷ διακελεύεται. Τοῖς μὲν οὖν τῶν ἐθνῶν ἄρχουσιν, αὐθεντία βασιλικὴ διὰ τῶν πρὸς ἕκαστον ἐπισταλθέντων[1]) γραμμάτων ἐπεφοίτα, εἰς πέρας ἀγαγεῖν τὸ προσταχθὲν διακελευομένη· ἡμῖν δὲ τοῖς τήνδε γράφουσι τὴν ἱστορίαν, λογιωτέραν κατέπεμπε διδασκαλίαν[2]), ἧς ἔμοιγε δοκεῖ τὸ ἴσον γράμμα τῷ παρόντι

---

phylaciis atque cellariis ut interpretatus est Aquila, Symmachus posuit ἐξέδρας. Et paulo post: *Statim intuitus est triginta thalamos, vel gazophylacia sive ut Symmachus interpretatus est, exedras, quae habitationi Levitarum atque sacerdotum fuerant praeparatae.* Iosephus denique in lib. XX. antiquitatum cap. 7. exedram templi commemorat. Porro codex Fuk. et Sav. recte hic scriptum habent ἐξέδραις τε. [Cast. ἐξέδρας et mox περιεστοιχισμένων. Verba οἴκοις δὲ — περιεστοιχισμένον Val. vertit: „*plurimis vero circumquaque cubiculis et exhedris, et tum subterraneis locis quam solariis undique circumdatam*" Stroth.: „*und mit verschiedenen Neben-Gebäuden und Erkern rund herum, imgleichen mit Apartements und Souterrains allenthalben umgeben*", his adscriptis ad h. l. p. 352 sq. not. 5.: „*Ich will über diese Stelle gerne Belehrung annehmen, sie scheint schon von manchen Abschreibern nicht verstanden zu seyn, wie die Veränderung der Lesart in* περιεστοιχισμένων *zeigt, welche aber nicht Statt hat. Zu* ὑπερῴων *wusste ich gar kein schickliches Wort, und ich habe* Apartements *bloss aus Noth gebraucht, damit doch eins da wäre. Vielleicht habe ich mich durch die andern Uebersetzer etwas verführen lassen; vielleicht sind die Genitiven auf* ἐξέδραις *zu ziehn; so dass die innere Beschaffenheit und Einrichtung derselben dadurch beschrieben wird. Dies scheint die Grammatik wenigstens zu erfordern. Auch über die Bedeutung des* καταγείων *bin ich nicht gewiss. Soll es Souterrains, oder wie* Valesius *meint, das was im Parterre ist, anzeigen?*"] — 7) Ὑπερῴων τε καὶ καταγείων χωρημάτων. Sic supra c. 37. in descriptione martyrii Hierosolymitani διττῶν στοῶν ἀναγείων τε καὶ καταγείων. Ubi vide quae notavi. Κατάγεια οἰκήματα dicuntur ad quae nullis gradibus ascenditur: quibus opponuntur ἀνάγεια seu ὑπερῷα, id est solaria. Quamquam καταγείων nomine possis cryptas intelligere. — 8) Ὃν καὶ χρυσοῦ πλείονος. Hanc ob causam ecclesia illa dicta est dominicum aureum. Hieronymus in chronico anno 22. Constantini: *Antiochiae dominicum quod vocant aureum, aedificari coeptum.* Dedicatum est autem imperante Constantio anno 5. post mortem Constantini.

Cap. LI. 1) ['Επισταλέντων Cast.] — 2) Λογιωτέραν διδασκαλίαν.

συνείρειν λόγῳ, εἰς ἀκριβῆ διήγησιν τῆς καθ' ἕκαστα βασιλικῆς ἐπιμελείας. Καταμεμψάμενος γοῦν ἡμῖν ἐφ' οἷς ἀκούσειε πραττομένοις αὐτόθι, τάδε κατὰ λέξιν ἔγραφε.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΒ'.

Κωνσταντίνου πρὸς Εὐσέβιον περὶ τῆς Μαυρῆς.

Νικητὴς Κωνσταντῖνος, μέγιστος σεβαστὸς, Μακαρίῳ καὶ τοῖς λοιποῖς ἐπισκόποις Παλαιστίνης.

„Ἓν καὶ τοῦτο μέγιστον τῆς ὁσιωτάτης μου κηδεστρίας¹) γέγονεν εἰς ἡμᾶς²) εὐεργέτημα, τὸ λανθάνουσαν μέχρι νῦν

Sic etiam supra vocavit Eusebius epistolas Constantini, eo quod Constantinus in illis epistolis concionari quodammodo videretur. Talis est oratio Constantini ad sanctorum coetum, et fere omnes eius epistolae, quae partim ab Eusebio, partim ab aliis referuntur. In his enim omnibus Constantinus tametsi adhuc vix Catechumenus, doctorem agit. Fuit certe Constantinus, quod negari non potest, vir deo plenus et a deo missus ad Christianae fidei propagationem, cui uni post apostolos plurimum debemus. Idem tamen in negotiis ecclesiasticis aliquanto plus sibi vindicavit, quam laico principi conveniret; episcopis cuncta illi permittentibus, multumque sibi gratulantibus quod Christianum imperatorem viderent.

Cap. LII. 1) *Τῆς ὁσιωτάτης μου κηδεστρίας.* In huius loci interpretatione lapsi sunt omnes interpretes, Portesius, Musculus et Christophorsonus, qui *curam* et *solicitudinem* verterunt, quasi legeretur κηδεμονίας. Atqui Constantinus de socru sua loquitur, Eutropia videlicet Syra, ex qua genita erat Fausta uxor Constantini. *Κηδέστρια* enim Graece *socrum* significat, ut docent glossae veteres in quibus ita legitur: κηδεστής *socer*, κηδέστρια *socrus.* Certe quae sequuntur verba, explicationem nostram aperte confirmant. Sequitur enim διὰ τῶν πρὸς ἡμᾶς γνωρίσαι γραμμάτων. Literas intelligit quas Eutropia socrus ad ipsum miserat. Quare repudianda est emendatio Christophorsoni, qui πρὸς ὑμᾶς corrigit. Sed et quae proxime sequuntur verba, id ipsum satis significant: ἡ προειρημένη διὰ τὴν πρὸς τὸ θεῖον εὐλάβειαν etc. Quis enim dixerit de cura et solicitudine ἡ προειρημένη, *supra dicta cura et solicitudo?* Frigidum prorsus id esset atque ineptum. At in versione nostra omnia plana sunt et aperta. Nam ἡ προειρημένη est supra dicta socrus, quae pro sua pietate ac religione tantum scelus dissimulare non potuit, sed Constantino genero per literas indicavit, ut huic malo tandem mederetur. Erat igitur Eutropia Christiana, ut ex hoc loco discimus. Sed et filia eius Fausta Christianam fidem professa est, et una cum Constantino viro suo in templo apostolorum sepulta. Porro non omittendum est, quod ad oram codicis Regii adnotatum inveni. Illic enim e regione vocis κηδεστρίας, scholii vice adscribitur γενέτειρα; quasi Constantinus matrem suam Helenam intelligat, quod non probo. Certe Sozomenus socrum imperatoris Constantini fuisse dicit, quae cum ad quercum Mambre venisset, et gentilium piacula illic deprehendisset, rem ad Constantinum retulit. Eum vide in lib. II. cap. 3. — 2) *Εἰς ἡμᾶς εὐεργέτημα.* Malim scribere εἰς ὑμᾶς, quanquam vulgata lectio ferri potest. [Ion. habet εἰς ὑμᾶς et statim post πρὸς ὑμᾶς.] Sed et initium huius epistolae traiectis leviter vocabulis ita legi mallem: Ἓν τοῦτο καὶ μέγιστον etc.

παρ᾽ ὑμῖν ἐναγῶν ἀνθρώπων ἀπόνοιαν, διὰ τῶν πρὸς ἡμᾶς γνωρίσαι γραμμάτων· ὡς τῆς πρεπούσης ἐπανορθώσεως καὶ θεραπείας, εἰ καὶ βραδέως, ἀλλ᾽ ὅμως ἀναγκαίως, δι᾽ ἡμῶν τὸ παροφθὲν ἁμάρτημα τυχεῖν. Καὶ γάρ ἐστιν ὡς ἀληθῶς δυσσέβημα παμμέγεθες, τοὺς ἁγίους τόπους ὑπὸ τῶν ἀνοσίων χραίνεσθαι μιασμάτων. Τί οὖν ἐστιν, ἀδελφοὶ προσφιλέστατοι, ὃ τὴν ὑμετέραν παρελθὸν ἀγχίνοιαν, ἡ προειρημένη διὰ τὴν πρὸς τὸ θεῖον εὐλάβειαν οὐχ οἵα τε γέγονεν ἀποσιωπῆσαι;

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΓ'.

Ὅτι ὁ σωτὴρ ὤφθη αὐτόθι τῷ Ἀβραάμ.

Τὸ χωρίον ὅπερ παρὰ δρῦν τὴν Μαμβρῆ [1]) προσαγορεύεται, ἐν ᾧ τὸν Ἀβραὰμ τὴν ἑστίαν ἐσχηκέναι μανθάνομεν, παντοίως ὑπό τινων δεισιδαιμόνων μιαίνεσθαί φησιν [2])· εἴδωλά τε γὰρ παντοίας ἐξωλείας ἄξια [3]) παρ᾽ αὐτὴν ἱδρῦσθαι, καὶ βωμὸν

Cap. LIII. 1) Τὸ χωρίον παρὰ δρῦν τὴν Μαμβρῆ. Hic locus etiam dicebatur Terebinthus, distans triginta circiter millibus passuum ab urbe Hierosolyma, ut docet auctor itinerarii Hierosolymitani, qui vixit temporibus Constantini Magni: *Inde Terebintho millia 9. ubi Abraham habitavit et puteum fodit sub arbore terebintho, et cum angelis locutus est et cibum sumpsit. Ibi basilica facta est iussu Constantini mirae pulcritudinis. Inde Terebintho Chebron, millia 2. ubi est memoria per quadrum ex lapidibus mirae pulcritudinis, in qua positi sunt Abraham, Isaac, Iacob* etc. Sozomenus quoque in lib. II. cap. 3. [imo c. 4.] locum illum Terebinthum vocari scribit. Sic autem dictus est hic locus ab arbore terebintho, quae illic omnium vetustissima et iam inde ab ipso mundi exordio esse dicebatur, teste Iosepho in libro V. de bello Iudaico. Quanquam alii baculum esse dicebant unius ex angelis qui Abrahae apparuerunt, ex quo in terram defixo terebinthus enata est. Ita Georgius Syncellus in chronico. Mirum vero est, cum quercus ibidem fuerit sub qua Abraham tabernaculum posuerat, ut legitur in cap. 18. geneseos, cur locus ipse a terebintho potius quam a quercu nomen acceperit. — 2) Μιαίνεσθαί φασιν. Rectius in codice Regio, Fuk. et in schedis Regiis scribitur μιαίνεσθαί φησιν. Subauditur enim ἡ κηδέστρια. — 3) Εἴδωλά τε γὰρ παντοίας ἐξωλείας ἄξια. Simulacra angelorum intelligo qui Abrahae illic apparuerant. Haec enim simulacra colebant gentiles. Sed et terebinthum ipsam iidem gentiles venerabantur, ut docet Eusebius in libro V. demonstrationis cap. 9. Quem quidem locum perperam accepit Scaliger in animadversionibus Eusebianis pag. 192. Putavit enim terebinthum illam summo honore a Christianis cultam fuisse, eiusque rei auctorem citat Eusebium. Verum Eusebius eo loco de gentilibus loquitur, non de Christianis. Postquam enim dixit: ὅθεν εἰσέτι καὶ νῦν παρὰ τοῖς πλησιοχώροις, ὡς ἂν θεῖος ὁ τόπος θρησκεύεται, καὶ θεωρεῖταί γε εἰς δεῦρο διαμένουσα ἡ τερέβινθος, subdit: οἵ τε τῷ Ἀβραὰμ ἐπιξενωθέντες ἐπὶ γραφῆς ἀνακείμενοι, δύο μὲν ἑκατέρωθεν, μέσος δὲ ὁ κρείττων ὑπερέχων τῇ τιμῇ· εἴη δ᾽ ἂν ὁ δεδηλωμένος ἡμῖν κύριος αὐτὸς, ὁ ἡμέτερος σωτὴρ, ὃν καὶ οἱ ἀγνῶτες σέβουσι. *Visitur illic terebinthus, quae etiamnum manet, et qui ab Abrahamo hospitio excepti sunt angeli*

ἐδήλωσε [4]) πλησίον ἱστάναι, καὶ θυσίας ἀκαθάρτους συνεχῶς ἐπιτελεῖσθαι. Ὅθεν ἐπειδὴ καὶ τῶν καιρῶν τῶν ἡμετέρων τῷ κράτει ἡμετέρῳ [5]) ἀλλότριον, καὶ τῆς τοῦ τόπου ἁγιότητος

---

illic in tabula picti sunt, et medius inter hos ceteris longe praestantior et honoratior, ipse scilicet dominus et servator noster ut supra dixi; quem quidem illi nescientes venerantur. Vides Eusebium hic aperte loqui de gentilibus, qui Christum ignorabant. Neque enim de Christianis hoc dici potest. Confirmat autem sententiam nostram Sozomenus in lib. II. cap. 3. ubi de mercatu illo ad terebinthum prolixe disserit. Scribit enim, aestivo tempore quotannis eo convenisse ex Palaestina, Phoenice et Arabia Iudaeos simul et Christianos ac gentiles, partim commercii partim religionis causa, et singulos suo ritu festivitatem celebrasse. Nam gentiles, inquit, angelos adorabant, hostias et libamina iis offerentes. Erant igitur illic angelorum simulacra, quibus pagani victimas immolabant. Hieronymus de locis Hebraicis ubi de Arboch ita scribit: *Quercus Abraham quae et Mambre, usque ad Constantini regis tempora ibidem monstrabatur, et mausoleum eius impraesentiarum cernitur. Cumque a nobis iam ibidem ecclesia aedificata sit, a cunctis in circuitu gentibus terebinthus superstitiose colitur, eo quod sub ea angelos Abraham quondam hospitio susceperit.* Multa hic de suo addidit Hieronymus. Eusebius enim ipse in libro de locis Hebraicis haec tantum habet: Ἀρβώ. Αὕτη ἐστὶ Χεβρὼμ κώμη νῦν μεγίστη, μητρόπολις οὖσα τὸ παλαιὸν τῶν ἀλλοφύλων, καὶ γιγάντων οἰκητήριον, καὶ βασίλειον μετὰ ταῦτα Δαβίδ. Κεκλήρωτο δὲ φυλῇ Ἰούδα, καὶ πόλις ἦν ἡ ἱερατική, μία τῶν φυγαδευτηρίων, Αἰλίας ἐκ νότου διεστῶσα σημείοις β. πρὸς εἴκοσι. Ἡ δρῦς Ἀβραὰμ καὶ τὸ μνῆμα αὐτόθι θεωρεῖται, καὶ θρησκεύεται ἐπιφανῶς πρὸς τῶν ἐχθρῶν ἡ τερέβινθος, καὶ οἱ τῷ Ἀβραὰμ ἐπιξενωθέντες ἄγγελοι· πρότερον δὲ Ἀρβὼ καλουμένη, ὕστερον ἐκλήθη Χεβρὼν, ἀπὸ Χεβρὼν, ἑνὸς τῶν υἱῶν Καλὲβ ὡς ἐν παραλειπομένοις. Illustris locus, qui sententiam Scaligeri prorsus evertit, nostram vero explicationem egregie confirmat. Ait enim Eusebius terebinthum ipsam et angelos ab inimicis nostris illic superstitiose coli, inimicos vocans gentiles ac Iudaeos. Citat hunc Eusebii locum etiam Damascenus lib. III. de imag. — 4) Καὶ βωμὸν ἐδήλωσε. Supple ἡ κηδέστρια. *Retulit*, inquit, *Constantinus ad nos socrus nostra aram illic esse, in qua impura sacrificia offerantur.* [Ion. ἐδηλώθη.] De hac ara loquitur Eustathius in hexaemeron, quam ait adhuc stetisse suo tempore, ut et ipsam terebinthum. Ex quo apparet, hoc Eustathii opus scriptum esse antequam Constantinus aram illam subverti iussisset. Sozomeni quidem aetate, nec ara nec arbor terebinthus stabat. Mansit tamen superstitio gentilium eo in loco, ut testatur Hieronymus. Adeo difficile est superstitionis fibras penitus evellere. Non omittenda sunt quae de hoc loco scribit Antoninus martyr in itinerario. *De Bethleem*, inquit, *usque ad radicem Mambre sunt millia viginti quatuor: in quo loco requiescunt Abraham, Isaac et Iacob et Sara, simul et Ioseph ossa. Est ibi basilica aedificata per quadrum, et atrium in medio discoopertum: et per medium cancellum ex uno latere intrant Christiani, ex alio vero Iudaei, incensa deferentes multa. Nam depositio Iacob et David in terra illa, die primo post natalem domini devotissime celebratur, ita ut ex omni terra Iudaeorum conveniat multitudo, incensa deferens et luminaria. Et dant munera et serviunt ibidem.* Adde Hieronymum in epitaphio Paulae. — 5) Τῶν καιρῶν τῶν ἡμετέρων τῷ κράτει ἡμετέρῳ ἀλλότριον. Quatuor priora verba expunxit Christophorsonus, absuntque a codice Regio, Fuk. et Sav. Verum si mei arbitrii res esset, mallem equidem sequentia verba expungere τῷ κράτει ἡμετέρῳ, quae ad priorum interpretationem scholii vice addita fuisse mihi videntur. Καιροὺς tempus imperii eleganter Graeci dicunt. Porro imperatores id praecipuo studio ambibant, ut temporum suorum felicitas et

ἀνάξιον καταφαίνεται, γινώσκειν ὑμῶν τὴν σεμνότητα βούλομαι, δεδηλῶσθαι παρ᾽ ἡμῶν πρὸς Ἀκάκιον τὸν διασημότατον κόμητα καὶ φίλον ἡμῶν[6]), γράμματι, ἵν᾽ ἄνευ τινὸς ὑπερθέσεως, καὶ τὰ εἴδωλα ὅσα δ᾽ ἂν ἐπὶ τοῦ προειρημένου εὑρίσκοιτο τόπου, πυρὶ παραδοθῇ, καὶ ὁ βωμὸς ἐκ βάθρων ἀνατραπῇ· καὶ πάντα τὸν τολμῶντα μετὰ τὴν ἡμετέραν κέλευσιν, ἀσεβές τι ἐν τῷ τοιούτῳ τόπῳ πράττειν, τιμωρίας ἄξιον[7]) κρίνομεν· ὃν καθαρῷ βασιλικῆς οἰκοδομήματι κοσμεῖσθαι διετάξαμεν, ὅπως ἁγίων ἀνθρώπων ἄξιον συνέδριον ἀποδειχθῇ. Εἰ δέ τι παρὰ τὸ προσταχθὲν γενέσθαι συμβαίη, χωρὶς τινὸς μελλήσεως τῇ ἡμετέρᾳ ἡμερότητι δι᾽ ὑμετέρων δηλαδὴ γραμμάτων γνωρισθῆναι πρέπει, ἵνα τὸν ἁλισκόμενον, ὡς παρανομήσαντα, τὴν ἀνωτάτω κόλασιν ὑποστῆναι προστάξωμεν. Οὐ γὰρ ἀγνοεῖτε, ἐκεῖ πρῶτον τὸν τῶν ὅλων δεσπότην[8]) θεὸν καὶ ὦφθαι τῷ Ἀβραὰμ, καὶ διειλέχθαι. Ἐκεῖ μὲν οὖν πρῶτον ἡ τοῦ ἁγίου νόμου θρησκεία[9]) τὴν καταρχὴν εἴληφεν· ἐκεῖ πρῶτον ὁ σωτὴρ

---

clementia celebraretur. Nihil frequentius occurrit apud Latinos historicos, et in legibus imperatorum. Apud Philostratum in libro II. de vitis sophistarum, ubi de Heliodoro loquitur, haec vox corrupta est. Cum enim Heliodorus orationem exorsus esset coram imperatore, ait Philostratus imperatorem subito assurrexisse et acclamasse: *O virum cui similem nondum vidi, o decus et ornamentum meorum temporum:* τῶν ἐμαυτοῦ καιρῶν εὕρημα. Sic enim legendum est. Eadem voce utitur Constantinus in epistola ad haereticos, quae legitur in fine huius libri. Proinde vulgatam lectionem retinendam censeo. Verba autem illa τῷ κράτει τῷ ἡμετέρῳ transposita sunt, et locanda post vocem ἐπειδή. — 6) Καὶ φίλον ἡμῶν. In codice Fuk. et schedis Regiis legitur φίλον ἡμέτερον. — 7) Τιμωρίας ἄξιον. Lego τιμωρίας ἄξιον ᾖ. Id est, capitale sit. Quare hic nihil opus est emendatione Christophorsoni. Aliter tamen scripti codices Fuk. Sav. ac Turnebi, quos hic sequi praestat. Paulo post scribe ex codice Fuk. ὃν δὴ καθαρῷ βασιλικῆς etc. [Cum Ion. Cast. Zimm. pro καὶ πᾶσι τοῖς τολμῶσι τιμωρίας ἄξιον, μετὰ τὴν ἡμετέραν κέλευσιν, ἀσεβές τι ἐν τῷ τοιούτῳ τόπῳ πραχθῆναι, scripsi καὶ πάντα — κρίνομεν. Male tamen apud Zimmerm. omittitur τόπῳ, nescio an solius typothetae vitio. Neque recte post πράττειν Zimm. omisit comma.] — 8 [Τὸν τῶν ὅλων δεσπότην θεὸν non de patre, id est, summo deo, sed de filio dicta esse, tum sequentia (ἐκεῖ πρῶτον ὁ σωτὴρ — — προηγόρευσε) tum constantem doctorum ecclesiasticorum ad Augustinum usque et ipsius Eusebii (H. E. I, 2. T. I. p. 15 sq.) sententiam docere puto, ex qua visiones et manifestationes dei in V. T. commemoratas non patri utpote haud adspectabili, sed vel filio vel angelis tribuere solebant Vide quae animadverti ad Euseb. l. l. Cf. *Vales.* ibid. p. 17 sq. Add. V. C. II, 55. not. 1. Eodem modo de Messia statuebant Iudaei. Vid. *Ziegler* in *Henke* Magazin für Religionsphilosophie, Exegese u. Kgsch. T. V. Fasc. II. p. 247* sqq. Cf. *Paulus* neues theologisches Journal Fasc. II. a. 1797. p. 243 sq.] — 9] [Ἡ τοῦ ἁγίου νόμου θρησκεία. Nomine νόμου Constantinus alias religionem Christianam significare solet, ut II, 28 ext. εἰς τὴν περὶ τὸν σεμνότατον νόμον θεράπειαν. III, 12. p. 162. III, 21. p. 174. II, 69 init. ὑπέρ τινος τόπου τῶν ἐν τῷ νόμῳ γεγραμμένων, de quodam *religionis Christianae* loco s. capite. II, 70. τῶν ἐν τῷ νόμῳ

αὐτὸς μετὰ τῶν δύο ἀγγέλων, τὴν ἑαυτοῦ ἐπιφάνειαν τῷ Ἀβραὰμ ἐπεδαψιλεύσατο[10])· ἐκεῖ τοῖς ἀνθρώποις ὁ Θεὸς ἤρξατο φαίνεσθαι· ἐκεῖ τῷ Ἀβραὰμ περὶ τοῦ μέλλοντος αὐτῷ σπέρματος προηγόρευσε, καὶ παραχρῆμά γε τὴν ἐπαγγελίαν ἐπλήρωσεν· ἐκεῖ πλείστων ὅσων ἐθνῶν ἔσεσθαι αὐτὸν πατέρα, προεκήρυξεν[11]). Ὧν οὕτως ἐχόντων, ἄξιόν ἐστιν, ὥς γέ μοι καταφαίνεται, διὰ τῆς ὑμετέρας φροντίδος, καὶ καθαρὸν ἀπὸ παντὸς μιάσματος τὸν τόπον τοῦτον φυλάττεσθαι, καὶ πρὸς τὴν ἀρχαίαν ἁγιότητα ἀνακαλέσασθαι, ὡς μηδὲν ἕτερον ἐπ' αὐτοῦ πράττεσθαι, ἢ τὴν πρέπουσαν τῷ παντοκράτορι καὶ σωτῆρι ἡμῶν καὶ τῶν ὅλων δεσπότῃ Θεῷ[12]) τελεῖσθαι θρησκείαν· ὅπερ μετὰ τῆς δεούσης προσῆκον ὑμᾶς φυλάττειν[13]) φροντίδος, εἴ γέ μοι τὰ καταθύμια τῆς θεοσεβείας ἐξαιρέτως ἡρτημένα, ὥσπερ οὖν πέπεισμαι, ἡ ὑμετέρα σεμνότης πληροῦσθαι βούλεται. Ὁ Θεὸς ὑμᾶς διαφυλάξοι, ἀδελφοὶ ἀγαπητοί."

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΔ'.

Εἰδωλείων καὶ ξοάνων πανταχοῦ κατάλυσις.

Πάντα μὲν δὴ ταῦτα συντελῶν εἰς δόξαν τῆς σωτηρίου δυνάμεως βασιλεὺς διεπραγματεύετο. Καὶ τὸν μὲν αὐτοῦ σωτῆρα Θεὸν ὧδέ πη διετέλει γεραίρων, τὴν δέ γε τῶν ἐθνῶν δεισιδαίμονα πλάνην παντοίοις ἐξήλεγχε τρόποις. Ἔνθεν εἰκό-

---

παραγγελμάτων. Quanquam his posterioribus locis nescio an de sacris quoque N. T. libris *νόμος* possit accipi. Cf. II, 72. p. 139. not. 7. p. 140. *Suicer.* thes. T. II. p. 418 sq. II, 1. Vales. ad Euseb. H. E. V, 8. T. II. p. 56 sq. *Reinhard.* opuscc. acadd. Vol. I. p. 6 sqq. ed. Poelitz. et si placet libellus noster: De Alogis Theodotianis atque Artemonitis p. 84 sq. not. 39. Hoc autem loco religionem Christianam a Constantino significari puto et recte Stroth. ad h. l.: *„Hier liegt — eben die Idee zum Grunde, welche* E u s e b i u s *schon zu Anfange seiner Kirchen-Geschichte vorträgt, dass Christenthum schon vor Christi Geburt gewesen, und die Entstehung der christlichen Religion wenigstens scho*
her zu rechnen sey." Cf. II, 55. not. 1. Religio aute
Constantino quoque ἡ *θρησκεία* II, 67. ὁ τῆς ἱερᾶς θρησ
hoc dictum velit pro ἡ *τοῦ ἱεροῦ νόμου* (religionis C
(cultus) coll. II, 60. not. 2. Sed vid. III, 17. 18. all. Soz
16 init. Melito apud Euseb. H. E. IV, 26. T. I. p. 402.
— 10) [*Ἐπεδαψιλεύσατο* Cast. Bene vertit Val. τὴν
„praesentiae (largam) copiam Angelis *fecit*" et Strot
nung im r e i c h e n M a a s s *widerfahren lassen.*" C
ad Euseb. H. E. h. v.] — 11) [*Προηγόρευσεν* Ion. M
[*Τῷ παντοκράτορι — Θεῷ.* Vid. supra not. 8.] —
φυλάττειν. Lego *προσῆκον*, vel *προσήκει*, ut legisse
sonus. In schedis Regiis scriptum reperi *προσῆκον*, ut

τως ἐγυμνοῦτο μὲν αὐτοῖς τῶν κατὰ πόλιν νεῶν τὰ προπύλαια, θυρῶν ἔρημα γινόμενα βασιλέως προστάγματι· ἑτέρων δ' ἡ ἐπὶ τοῖς ὀρόφοις στέγη, τῶν καλυπτήρων ἀφαιρουμένων, ἐφθείρετο· ἄλλων τὰ σεμνὰ χαλκουργήματα, ἐφ' οἷς ἡ τῶν παλαιῶν ἀπάτη μακροῖς ἐσεμνολογεῖτο χρόνοις, ἔκδηλα τοῖς πᾶσιν ἐν ἀγοραῖς πάσαις[1]) τῆς βασιλέως πόλεως προὐτίθετο· ὡς εἰς ἀσχήμονα θέαν προκεῖσθαι τοῖς ὁρῶσιν, ὧδε μὲν τὸν Πύθιον, ἑτέρωθι δὲ τὸν Σμίνθιον, ἐν αὐτῷ δὲ ἱπποδρομίῳ, τοὺς ἐν Δελφοῖς τρίποδας, τὰς δ' Ἑλικωνίδας Μούσας ἐν παλατίῳ[2]). Ἐπληροῦτο δὲ διόλου πᾶσα ἡ βασιλέως ἐπώνυμος πόλις τῶν κατὰ πᾶν ἔθνος ἐντέχνοις χαλκοῦ φιλοκαλίαις ἀφιερωμένων· οἷς θεῶν ὀνόματι πλείστας ὅσας ἑκατόμβας, ὁλοκαύτους τε θυσίας εἰς μάταιον ἀποδόντες μακροῖς αἰῶσιν οἱ τὴν πλάνην νενοσηκότες, ὀψέ ποτε φρονεῖν ἔγνωσαν, τούτοις αὐτοῖς, ἀθύρμασιν ἐπὶ γέλωτι καὶ παιδιᾷ τῶν ὁρώντων βασιλέως κεχρημένου. Τὰ δέ γε χρύσεα τῶν ἀγαλμάτων ἄλλῃ πῃ μετήρχετο[3]). Ἐπειδὴ γὰρ συνεῖδε μάτην δειμαίνοντα νηπίων δίκην ἀφρόνων τὰ πλήθη

Cap. LIV. 1) Ἐν ἀγοραῖς πάσαις. Sozomenus in lib. II. cap. 4. ubi totum hunc Eusebii locum paene descripsit, habet κατὰ τὰς ἀγυιάς, καὶ τὸν ἱππόδρομον καὶ τὰ βασίλεια. — 2) Τὰς δὲ Ἑλικωνίδας Μούσας ἐν παλατίῳ. Themistius in oratione V. ad Theodosium testis est, Musarum statuas fuisse in curia Constantinop. Idem in oratione ad senatum περὶ προεδρίας, ait eas statuas hinc et inde collocatas fuisse duplici numero, ita ut non iam novem essent, sed octodecim. — 3) Ἄλλῃ πῃ μετήρχετο. Aerea quidem deorum simulacra Constantinus Byzantium devehi iussit, ut urbem illam huiusmodi spoliis exornaret. Quaecumque vero ex auro argentoque fabrefacta erant, ea conflari et nummos ex iis fieri iussit, uti scribit Sozomenus in lib. II. cap. 4., qui hunc Eusebii locum optime interpretatur. De hac templorum et simulacrorum eversione Eusebius noster in sermone II. de resurrectione ita scribit: *Putas gentiles audebunt dicere, quia mortuus est et non resurrexit. Non quaero quid dicant, sed quid patiantur. Si enim stant eorum templa, non resurrexit. Si non conflata sunt eorum simulacra post crucem, non resurrexit qui arguit ea quae non vivunt.* Et aliquanto post: *Non invenies solem clariorem, ad satisfactionem resurrectionis domini, gentilium cotidie deficiente cultura. Protenduntur autem ecclesiae bona, et quotidie crescunt.* [Templorum et monumentorum gentilium eversio et destructio quam praeter alia, non sine caeca ira et perverso studio Constantinus imperavit (cf. III, 1. 53. 54. 57. 63. 65. IV, 23. all. *Werenfels.* opuscc. T. I. p. 272. *Jerusalem* Betrachtungen über die vornehmsten Wahrheiten der Religion IX. p. 442 sqq. ed. III. *Cramer* Fortsetzung des Bassuet T. III. p. 237 sq. p. 240 sq. *Schröckh* christliche Kgsch. T. V. p. 105 sqq. *Alexandre Vinet* mémoire en faveur de la liberté des cultes chap. X. Paris 1826.), si non prius, certe a. CCCXXXIII. incoepta est. Vid. *Gothofredus* ad cod. Theodos. T. VI. p. 290. *Manso* Leben Constantins p. 115 sqq. Cf. Iulian. orat. VII. Eunapius in vita Aedesii p. 37. Libanius orat. apolog. XXVI. et orat. pro templis IX. Theodoret. V, 10. Hieronymus et Cedrenus in chronico, *Pagi* ad a. CCCXXXIII. *Neander* allgem. Geschichte der christl. Relig. u. Kirche T. II. P. I. p. 49 sqq. p. 68 sqq. et Excurs. I. ad Euseb. V. C. I, 28. 29.]

τῆς πλάνης τὰ μορμολύκεια[4]), ὕλῃ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου πεπλασμένα, καὶ ταῦτα ἐκποδὼν ᾤετο δεῖν ἄρασθαι, ὥσπέρ τινα λίθων ἐγκόμματα τοῖς ἐν σκότῳ βαδίζουσι πρὸ τῶν ποδῶν ἐῤῥιμμένα, λείαν τε καὶ ὁμαλὴν τοῦ λοιποῦ τὴν βασιλικὴν τοῖς πᾶσιν ἀναπετάσαι πορείαν[5]). Ταῦτα δ' οὖν διανοηθεὶς, οὐχ ὁπλιτῶν αὐτῷ καὶ πλήθους στρατοπεδείας ἡγήσατο δεῖν πρὸς τὸν τούτων ἔλεγχον, εἷς δὲ μόνος αὐτῷ καὶ δεύτερος τῶν αὐτοῦ γνωρίμων, πρὸς ὑπηρεσίαν ἀπήρκουν, οὓς ἑνὶ νεύματι κατὰ πᾶν ἔθνος διεπέμπετο· οἱ δὲ τῇ βασιλέως ἐπιθαῤῥοῦντες εὐσεβείᾳ, σφῶν τε αὐτῶν τῇ περὶ τὸ θεῖον εὐλαβείᾳ, μυριάνδρων δήμων τε καὶ λαῶν μέσοι[6]) παριόντες, ἀνὰ πάσας πόλεις τε καὶ χώρας πολυχρονίου πλάνης ἐποιοῦντο φθοράν[7]), αὐτούς τε τοὺς ἱερωμένους, σὺν πολλῷ γέλωτι καὶ σὺν αἰσχύνῃ, παράγειν εἰς φῶς ἐκ σκοτίων μυχῶν τοὺς αὐτῶν θεοὺς ἐγκελευόμενοι, κἄπειτ' ἀπογυμνοῦντες τοῦ φάσματος, καὶ τὴν εἴσω τῆς κεχρωσμένης μορφῆς ἀμορφίαν τοῖς πάντων ὀφθαλμοῖς ἐνδεικνύμενοι. Εἶτ' ἀποξέοντες τὸ δοκοῦν χρήσιμον τῆς ὕλης, χωνείᾳ τε καὶ πυρὶ δοκιμάζοντες, τὸ μὲν λυσιτελὲς ὅσον αὐτοῖς ἀναγκαῖον ἐνομίζετο, ἐν ἀσφαλεῖ τιθέμενοι συνεῖχον, τὸ δὲ ἄλλως περιττὸν καὶ ἄχρηστον, εἰς μνήμην αἰσχύνης παρεχώρουν τοῖς δεισιδαίμοσιν. Οἷον δὴ καὶ τόδ' εἴργαστο βασιλεὺς[8]) ὁ θαυμάσιος· ὡς γὰρ τῶν νεκρῶν εἰδώλων τὰ τῆς πολυτελοῦς ὕλης τὸν ἀποδοθέντα τρόπον ἐσκυλεύετο, τὰ λοιπὰ μετῄει[9]) ἀνδρεί-

— 4) [Τὰ μορμολύκεια non male Val. *larvas* vertit. Vide ad Euseb. H. E. IV, 11. T. I. p. 320 sq. Add. Clemens Alex. Paedag. I, 6. οἳ τῷ φόβῳ καθάπερ οἱ παῖδες τοῖς μορμολυκείοις, ἐκταράττονται.] — 5) Ἀναπετάσαι πορείαν. Post has voces, quae sequuntur usque ad haec verba οἷον δὴ καὶ βασιλεὺς ὁ θαυμάσιος, desunt in codice Regio et in editione Rob. Stephani. Adiecta sunt autem a Grutero, Portesio et Christophorsono aliisque, ex panegyrico Eusebii et ex scriptis codicibus. Certe nos in codice Fuketiano ea reperimus, et Savilius in suo exemplari eadem exstare monuerat. — 6) [Μέσον Cast. et mox κεχρωμένης idem pro κεχρωσμένης.] — 7) Ἐποιοῦντο φθοράν. In panegyrico unde haec translata sunt, legitur φωράν, rectius meo quidem iudicio. — 8) Οἷον δὴ καὶ βασιλεύς. In panegyrico Eusebii hic locus auctior legitur hoc modo: οἷον δὲ καὶ τόδ' ἔρεξε βασιλεὺς ὁ θαυμάσιος. In libro autem Moraei scriptum inveni: οἷον δὴ καὶ τότε διειργάσατο βασιλεὺς etc. In codice Fuk. legitur: οἷον δὴ καὶ τόδ' εἴργαστο. Ita etiam in libro Savilii, sed sine apocope. — 9) Τὰ λοιπὰ μετῄει. Ioannes Portesius vertit *ad alia perrexit.* Christophorsonus vero interpretatus est *reliquas aggressus est statuas.* Eodem sensu videlicet quo supra dixit Eusebius ἄλλῃ πῃ μετῄρχετο. [Val. τὰ λοιπὰ μετῄει vertit: „caetera — *convehenda curavit.*" Sed rectius Cph. secutus Stroth.: „*er* auch auf die übrigen — *losging*" et supra τὰ δέ γε — ἄλλῃ πῃ μετήρχετο: „*Gegen die goldnen Götzenbilder brauchte er eine andre Procedur.*" Et similiter haec interpretatus ipse Val.: „Simulacra vero ex auro fabrefacta, alio quodam *ultus*

κείμενα χαλκοῦ πεποιημένα· Δέρμασι δ' ἦσαν καὶ οἵδε μύθων θεοὶ γεγηρακότων, τριχῶν ὑφάσμασιν ἤγοντο περιβληθέντες [10]).

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΕʹ.

Τοῦ ἐν Ἀφάκοις τῆς Φοινίκης εἰδωλείου, καὶ τῆς ἀκολασίας περιαίρεσις.

Ἐπὶ τούτοις βασιλεὺς ὥσπερ τινὰ πολυφεγγῆ πυρσὸν ἐξάψας, μή πῃ τυγχάνῃ κρύφιόν τι πλάνης λείψανον, ὄμματι βασιλικῷ περιεσκόπει· οἷα δέ τις οὐρανοπέτης ἀετῶν ὀξυωπέστατος, ἄνωθεν ἀφ' ὑψηλοῦ [1]) τὰ πορρωτάτω διεστῶτα κατὰ τῆς γῆς ἴδοι, ὧδε καὶ οὗτος τῆς αὐτοῦ καλλιπόλεως [2]) τὴν βασιλικὴν ἀμφιπολεύων ἑστίαν, δεινόν τι ψυχῶν θήρατρον ἐπὶ τοῦ Φοινίκων λανθάνον ἔθνους, ἐξ ἀπόπτου συνεῖδεν. Ἄλσος [3]) δὲ τοῦτ' ἦν καὶ τέμενος [4]), οὐκ ἐν μέσαις πόλεσιν οὐδ' ἐν ἀγο-

---

est modo.“ Ita autem sexcenties vocc. *μετιέναι* et *μετέρχεσθαι* utitur Eusebius.] — 10) [*Ἦγον γεγηρακότες καὶ περιβληθέντες* Cast.]

Cap. LV. 1) [*Ἀφ' ὑψηλῶν* Ion. MSt. Steph.] — 2) *Τῆς αὐτοῦ καλλιπόλεως.* [Cf. supra c. LIV. *ἐν ἀγοραῖς πάσαις τῆς βασιλέως πόλεως.*] Sic etiam Themistius appellat urbem Constantinopolim in oratione XVI. sub finem, ob venustatem scilicet ac magnificentiam operum publicorum, quae Constantinus ibi ambitiose construxerat. Cunctas enim urbes, oppida, loca, fana, spoliaverat Constantinus, ut illam sui nominis urbem exornaret. Itaque merito dixit Hieronymus in chronico, Constantinopolim dedicatam fuisse omnium paene urbium nuditate. [Add. *Manso* Leben Constantins p. 72 sqq.] — 3) [*Ἄλσος.* Vid. *Lackemacher.* antiqq. Graecor. sacr. P. I. c. V. §. III.: „Templis priusquam adstringeretur Deorum cultus, silvas, sacrorum caussa, dedicare in more habuerunt uti gentes complures aliae, ita Graeci quoque. Lucianus: *καὶ πρῶτον μὲν ὕλας ἀπετέμοντο, καὶ ὄρνεα καθιέρωσαν, καὶ τὰ φυτὰ ἐπεφήμισαν ἑκάστῳ Θεῷ. Ἔπειτα δὲ ναοὺς ἤγειραν.* — — — Nuncuparunt vero Graeci silvas Numini sacratas *ἄλση*, voce ab Hebraico אֶשֶׁל, quod in historia Abrahami occurrit (Genes. XXI, 33.), non multum dissonante“ etc.] — 4) [*Τέμενος* alias quidem dici solet ager ab usu vulgari secretus et vel heroi vel deo sacer (cf. *Passow* Lexic. h. v.), sed h. l. illud est templum, ut docent verba statim sequentia *οὐκ ἐν μέσαις πόλεσιν* — — *ἱδρυμένον* quae ad nihil nisi templum referri possunt. Et ipse Eusebius inferius verbis *κατὰ τόνδε τὸν νεὼν* interpretatus est vocabulum *τέμενος*. Itaque recte illud vertit Valesius: „*templum.*“ Adde verba Hesychii: *τέμενος πᾶς ὁ μεμερισμένος τόπος τινὶ εἰς τιμὴν, ἢ ἱερὸν καὶ βωμὸς, ἢ ἀπονεμηθὲν θεῷ ἢ βασιλεῖ.* Eustath. ad Homer. Odyss. VI, 293. *ἔστι δὲ τέμενος διαίτητος τόπος, περιωρισμένος καὶ οὕτως ἀποτετμημένος τῶν ἐγγύς. Τέμενος γὰρ ἐπὶ ναοῦ οἱ μεθ' Ὅμηρον οἴδασιν· ὁ δὲ ποιητὴς οὐδὲ ἱερὸν ἁπλῶς τόπον λέγει τὸ τέμενος, ἀλλὰ τὸν κατ' ἀποτομήν τινος.* Apollon. Lexic. Hom. p. 640. ed. *Toll.* et *Wesseling.* ad Herodot. III, 142, 60. p. 270. *Διὸς Ἐλευθερίου βωμὸν ἱδρύσατο, καὶ τέμενος περὶ αὐτὸν ὥρισε τοῦτο, τὸ νῦν ἐν τῷ προαστηΐῳ ἐστί.* Mox ibidem p. 271. *τῷ (Διῒ) Ἐλευθερίῳ αὐτός τε ἱρὸν ἱδρυσάμην.* Ibid. IV, 161, 100. p. 353. Cf. de laudib. Constant. c. VIII. IX. Servius ad Virg. Aen. IX, 274. Polluc. I, 1, 10. *Lackemacher.* l. l. §. XI.

ραῖς καὶ πλατείαις, ὁποῖα τὰ πολλὰ κόσμου χάριν ταῖς πόλεσι φιλοτιμεῖται· τὸ δ' ἦν ἔξω πάτου, τριόδων τε καὶ λεωφόρων ἐκτὸς, αἰσχρῷ δαίμονι Ἀφροδίτης, ἐν ἀκρωρείας μέρει τοῦ Λιβάνου ἐν Ἀφάκοις ἱδρυμένον[5]). Σχολή τις ἦν αὕτη κακοεργίας πᾶσιν ἀκολάστοις[6]), πολλῇ τε ῥαστώνῃ διεφθορόσι τὸ σῶμα. Γύννιδες γοῦν τινες ἄνδρες οὐκ ἄνδρες[7]), τὸ σεμνὸν τῆς φύσεως ἀπαρνησάμενοι, θηλείᾳ νόσῳ[8]) τὴν δαίμονα ἱλεοῦντο·

„Templorum usus postquam invaluisset, illa quoque in lucis non raro fuere exstructa, ut maiorem religionem silentium et amoenitas loci in animis hominum gigneret. — — Apud Epidaurios Dianae aedes quaedam, nec non Veneris atque Themidis fana itidem in luco erant. Pausanias: *Ἐντὸς δὲ τοῦ ἄλσους ναός τε Ἀρτέμιδος, καὶ ἄγαλμα Ἠπιόνης, καὶ Ἀφροδίτης ἱερὸν καὶ Θέμιδος.*" *Spanhem.* observv. in Callimach. p. 156. Ad verba *οὐκ ἐν μέσαις πόλεσιν — ἐν ἀκρωρείας μέρει τοῦ Λιβάνου ἱδρυμένον* vid. *Lackemacher.* l. l. cap. VI. §. III., ubi, cur in locis editis templa saepius exstruxerint gentiles, plures causas attulit V. D. Cf. Polyb. I, 55. T. I. p. 92. edit. *Ernest.*] — 5) *Ἐν Ἀφάκοις ἱδρυμένον.* De hoc templo Veneris Aphacitidis videndus est Zosimus in lib. I. [cap. 58.] et auctor Etymologici in voce *Ἄφακα*, et Suidas in voce *Χριστόδωρος*, et Ioannes Seldenus in syntagmate II. de diis Syris. [Add. *Tzschirner* der Fall des Heidenthums T. I. p. 66.: „*der zu Aphaka auf dem Libanon befindliche Venustempel, — gehörte sicher weder der griechischen Aphrodite noch der römischen Venus, sondern der unter verschiedenen Namen im Morgenlande verehrten Göttinn, welche ursprünglich das empfangende und gebährende Naturprincip bezeichnet hatte, wie aus der Unzucht geschlossen werden kann, welche hier als ein der Göttinn gebührender Dienst und als ein geheiligter Gebrauch geübt ward.*" Cf. not. 8. Sozom. H. E. II, 5. p. 52. edit. Reading. *Ἐν Ἀφάκοις δὲ, κατ' ἐπίκλησιν τινὰ καὶ ῥητὴν ἡμέραν, ἀπὸ τῆς ἀκρωρείας τοῦ Λιβάνου πῦρ διαΐσσον, καθάπερ ἀστὴρ, εἰς τὸν παρακείμενον πόταμον ἔδυνεν· ἔλεγον δὲ τοῦτο τὴν Οὐρανίαν εἶναι, ὧδὶ τὴν Ἀφροδίτην καλοῦντες.*] Porro codex Fuk. hic scriptum habet: *τοῦ Λιβάνου τοῦ ἐν Ἀφάκοις.* In schedis autem Regiis legitur: *ἐν ἀκρωρείας μέρει τοῦ Λ. τῆς ἐν Ἀφάκοις.* — 6) [*Σχολή τις — — ἀκολάστοις κ. τ. λ.* Omnis generis flagitia in lucis et templis deorum dearumque honori et cultui consecratis perpetrata fuisse, scriptores tum sacri tum profani testantur. Vid. *Lackemacher.* antiquitt. Graecor. P. I. cap. V. §. 8. p. 146 sqq., qui hunc Eusebii locum non neglexit. *Tholuck* das Wesen und die sittlichen Einflüsse des Heidenthums in *Neander* Denkwürdigkeiten aus der Geschichte des Christenthums T. I. p. 152 sqq. ed. II. Unde profecto ut illa Veneris et Aesculapii templa dirueret, Constantinum si non unice certe simul reipublicae cura commovere debuit. Cf. *Manso* Leben Constantins p. 115 sq.] — 7) [*Γύννιδες — οὐκ ἄνδρες* i. e. effeminati quidam et *feminae potius dicendi quam viri*, ut vertit Valesius. Cf. nos ad Euseb. H. E. X, 8. T. III. p. 274. Add. de laudib. Constant. c. VII. *θηλειῶν τε ὡσαύτως νεανικαὶ ψυχαὶ, τῶν ἀνδρῶν οὐχ ἧττον ἐῤῥηνωμέναι.*] — 8) [*Θηλείᾳ νόσῳ* quid sit hoc loco, si quis meminerit quantopere inter se discedant VV. DD. de *θηλείῃ νόσῳ* apud Herodot. I, 105, 45. (vid. *Wesseling.* ad h. l. *Valckenar.* ad Herodot. IV, 67, 46. *Musgrave* de haemorragiis menstruis virorum in Philosoph. transact. 1701. p. 864. *Jortin* Anmerkungen über die Kirchenhistorie T. III. p. 230 sq. *Wernsdorf.* ad Himer. orat. XIII. p. 592 sq.), similiter dubitare possit. Certe Strothius qui vertit: „*mit weiblichen Gebrechen*" et addidit: „*Was hierunter zu verstehen sey, überlasse ich einem jeden, sich selbst zu erklären*", sibi non constitisse de vi illius locutionis h. l., satis

γυναικῶν τ' αὖ παράνομοι ὁμιλίαι, κλεψίγαμοί θ' ὁμιλίαι, ἄῤῥητοί τε καὶ ἐπίῤῥητοι πράξεις, ὡς ἐν ἀνόμῳ καὶ ἀπροστάτῃ χώρῳ 9) κατὰ τόνδε τὸν νεὼν ἐπεχειροῦντο. Ἔφορός τε οὐδεὶς ἦν τῶν πραττομένων, τῷ μηδένα σεμνῶν ἀνδρῶν αὐτόθι τολμᾷν παριέναι. Ἀλλ' οὐχὶ καὶ βασιλέα τὸν μέγαν οἷά τ' ἦν τὰ τῇδε δρώμενα λανθάνειν· αὐτοπτήσας δὲ καὶ ταῦτα βασιλικῇ προμηθείᾳ, οὐκ ἄξιον εἶναι ἡλίου αὐγῶν τὸν τοιόνδε νεὼν ἔκρινεν, αὐτοῖς δ' ἀφιερώμασιν ἐκ βάθρων τὸ πᾶν ἀφανισθῆναι κελεύει. Ἐλύετο δὲ αὐτίκα βασιλικῷ νεύματι, τὰ τῆς ἀκολάστου πλάνης μηχανήματα, χείρ τε στρατιωτικὴ τῇ τοῦ τόπου καθάρσει διηκονεῖτο. Σωφροσύνην δ' ἐμάνθανον ἀπειλῇ βασιλέως, οἱ μέχρι τοῦδ' ἀκόλαστοι, ὥσπερ οὖν καὶ τῶν δοκήσει σοφῶν Ἑλλήνων οἱ δεισιδαίμονες, οἳ καὶ αὐτοὶ τῆς σφῶν ματαιότητος ἔργῳ τὴν πεῖραν ἐμάνθανον.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Νϛʹ.

Ἀσκληπιοῦ τοῦ ἐν Αἰγαῖς) κατάλυσις.*

Ἐπειδὴ γὰρ πολὺς ἦν ὁ τῶν δοκήσει σοφῶν περὶ τὸν τῶν Κιλίκων δαίμονα πλάνος, μυρίων ἐπτοημένων ἐπ' αὐτῷ ὡς ἂν ἐπὶ σωτῆρι καὶ ἰατρῷ 1), ποτὲ μὲν ἐπιφαινομένῳ τοῖς ἐγκαθεύδουσι 2), ποτὲ δὲ τῶν τὰ σώματα καμνόντων ἰωμένῳ τὰς νόσους·

---

declaravit. Sed recte, quantum video, vertit Val.: „*muliebria patientes.*" Cf. Curt. VI, 6, 8. Nam de eiusmodi hominibus Eusebium quidem loqui, manifestum est ex praecedentibus: *Σχολή τις ἦν αὕτη κακοεργίας πᾶσιν ἀκολάστοις — — τὸ σεμνὸν τῆς φύσεως ἀπαρνησάμενοι.* Quae quidem omnem de qualicunque morbo qui non ipsorum hominum culpa inciderit, cogitationem non possunt non excludere. Cf. Rom. I, 27. et *Wetsten.* ad h. l. ac nos infra ad IV, 25., ubi *ἀνδρογύνους* probabiliter eosdem dixit Eusebius quos h. l. *θηλείᾳ νόσῳ* infectos. *Du Cange* Gloss. Gr. p. 75.] — 9) *Ὡς ἐν ἀνόμῳ καὶ ἀποστάτῃ χώρῳ.* Scribendum procul dubio *ἀπροστάτῃ*, ut legitur in panegyrico pagina 628. ubi totus hic locus legitur. Codex tamen Fuk. etiam in panegyrico scribit *ἀποστάτῃ*. Paulo ante scribendum est *κλεψίγαμοί τε φθοραὶ*, ut legitur in panegyrico. [*Ἀπροστάτῃ* et *φθοραὶ* dedit Zimmermannus, sed certa nobis visa est sola prior emendatio *ἀπροστάτῃ*.]

Cap. LVI. *) [*Αἰγαῖς. Reading.* ad h. l.: „Aegae, urbs Ciliciae in ora littorali sinus Issici, quam proxime post Mallum Strabo enarravit. Lucan. Pharsal. III, 225 sqq.:

Deseritur Taurique nemus, Perseaque Tarsos,
Coryciumque patens exesis rupibus antrum,
Mallos, et externae resonant navalibus Aegae."]

— 1) [*Σωτῆρι καὶ ἰατρῷ.* Cf. Excurs. X. ad Euseb. H. E. T. III. p. 409 sq.] — 2) *Τοῖς ἐγκαθεύδουσι.* Huius verbi vim non intellexit Christophorsonus, nec Portesius. Neque enim *decumbere* ac *dormire* sim-

ψυχῶν δ' ἦν ὀλετὴρ ἄντικρυς οὗτος, τοῦ μὲν ἀληθοῦς ἀφέλκων σωτῆρος, ἐπὶ δὲ τὴν ἄθεον πλάνην κατασπῶν[3]) τοὺς πρὸς ἀπάτην εὐχερεῖς· εἰκότα δὴ βασιλεὺς πράττων[4]), θεὸν ζηλωτὴν ἀληθῶς σωτῆρα προβεβλημένος, καὶ τοῦτον εἰς ἔδαφος τὸν νεὼν ἐκέλευσε καταβληθῆναι. Ἑνὶ δὲ νεύματι κατὰ γῆς ἡπλοῦτο, δεξιᾷ καταῤῥιπτούμενος στρατιωτικῇ τὸ τῶν γενναίων φιλοσόφων[5]) βοώμενον θαῦμα, καὶ ὁ τῇδε[6]) ἐνδομυχῶν, οὐ

---

pliciter ea vox significat, sed *dormire in templo.* Erat hic mos gentilium, ut pernoctantes in templo somnia et remedia a diis suis expectarent. Cuius rei infinita occurrunt exempla apud antiquos scriptores, sed praecipue apud Aristidem in orationibus sacris. Latini dicebant *incubare.* Plautus in Curculione: *Ideo fit, quia hic leno aegrotus incubat in Aesculapii fano.* Solinus in cap. 7.: *Epidauro decus est Aesculapii sacellum, cui incubantes* etc. Hieronymus in cap. 65. Esaiae, ad illa verba: „habitant in sepulchris": *In delubris*, inquit, *idolorum dormiens: ubi stratis pellibus hostiarum incubare soliti erant, ut somniis futura cognoscerent. Quod in fano Aesculapii usque hodie error ethnicorum celebrat, multorumque aliorum: quae non sunt aliud nisi tumuli mortuorum.* Virgilius in lib. VII. Aeneid.:

In dubiis responsa petunt: huc dona sacerdos
Cum tulit; et caesarum ovium sub nocte silenti
Pellibus incubuit stratis, somnosque petivit.

Unde nata sit opinio de duplici Aethiopum in orientem occasumque diffusa stirpe quae exprimitur apud Homerum verbis τοὶ διχθὰ δεδαίαται, ostendit Strabo I. p. 58. A. et Plin. H. N. V, 8. Sed Eusebius, ut recte observat Stroth. ad h. l., haud dubie eo tantum consilio versum Homeri laudavit, ut Aethiopes ex Homeri sententia ἐσχάτους ἀνδρῶν esse diceret. Putabant enim non minus veteres, Aethiopes habitare in extrema Africae parte *Oceani finem juxta, solemque cadentem*, ut loquitur Virgil. Aeneid. IV, 480. Cf. interpp. ad Homer. Iliad. I, 423. Nicol. Damascen. p. 150. edit. Orell. *Wernsdorf* ad Himer. orat. XVII. p. 697 sqq. et *Valckenar.* ad Herodot.

ἱστορίᾳ. Ἐν μέρει δὲ τούτων ἕκαστοι, ὥσπερ ἐν πίνακος γραφῇ[4]), τὰ παρ' αὐτοῖς τίμια βασιλεῖ προσεκόμιζον· οἱ μὲν στεφάνους χρυσοῦς, οἱ δ' ἐκ λίθων διαδήματα τιμίων, ἄλλοι ξανθοκόμους, οἱ δὲ χρυσῷ καὶ ἄνθεσι καθυφασμένας[5]) βαρβαρικὰς στολάς, οἱ δ' ἵππους, οἱ δ' ἀσπίδας καὶ δόρατα μακρά, καὶ βέλη καὶ τόξα, τὴν διὰ τούτων ὑπηρεσίαν τε καὶ συμμαχίαν βουλομένῳ βασιλεῖ παρέχειν ἐνδεικνύμενοι. Ἃ δὴ παρὰ τῶν κομιζόντων ὑποδεχόμενος καὶ ἐντάττων, ἀντεδίδου τοσαῦτα βασιλεύς, ὡς ὑφ' ἕνα καιρὸν πλουσιωτάτους ἀποφῆναι τοὺς κομιζομένους[6]), ἐτίμα δὲ καὶ Ῥωμαϊκοῖς ἀξιώμασι[7]) τοὺς ἐν αὐτοῖς διαφανεστέρους, ὥστ' ἤδη πλείους τὴν ἐνταῦθα στέργειν διατριβήν, ἐπανόδου τῆς εἰς τὰ οἰκεῖα λήθην πεποιημένους.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

Ὅτι καὶ πρεσβευσαμένῳ τῷ Περσῶν βασιλεῖ, περὶ τῶν ἐκεῖ Χριστιανῶν ἔγραφεν.

Ἐπειδὴ δὲ καὶ ὁ Περσῶν βασιλεὺς Κωνσταντίνῳ γνωρίζεσθαι διὰ πρεσβείας[1]) ἠξίου, δῶρά τε καὶ οὗτος σπονδῶν

III, 20. Verba quae sequuntur, τῇ τῶν εἰρημένων ἐθεωρεῖτο ἱστορίᾳ, Eusebiano dicendi generi plane convenientia, recte vertit Val.: „*inter illos quos dixi barbaros conspiciebantur.*"] — 4) Ὥσπερ ἐν πίνακος γραφῇ. Supervacua videntur haec verba, nisi forte Eusebius ita rem ipsam clarius exprimere voluit, in gratiam eorum qui id praesentes non viderant. Solebant enim imperatorum imagines ita pingi, ut legati barbarorum eis munera offerrent, aut provinciae aurum tribuerent, ut videre est in notitia imperii Romani. [Vertit Val.: „*quemadmodum in tabulis vulgo pingi videmus*" et eodem modo Stroth.] — 5) Ἄνθεσι καθυφασμένας. Barbaricum genus texturae intelligit, cuiusmodi est illud apud Virgilium in libro primo Aeneidos:

Et circum textum croceo velamen acantho.

— 6) [Κομίζοντας Cast.] — 7) Ἐτίμα δὲ καὶ Ῥωμαϊκοῖς ἀξιώμασι. Idem scribit Amm. Marcel inus in lib. XXI. pag. 190. et 195. *Qui nuper, ut primum augendae barbaricae vilitatis auctorem immoderate notaverat Constantinum.* [Cf. *Gibbon* Geschichte des Verfalls und Untergangs des Römischen Reichs übersetzt von *Schreiter* T. IV. p. 100 sqq. *Manso* Leben
tins p. 236 sq. †)]

p. VIII. 1) Διὰ πρεσβείας. De hac legatione Saporis ad Con-
m solus, quod sciam, loquitur Libanius in oratione quae βασιλικὸς
ur pag. 119. ubi scribit Saporem Persarum regem, cum bellum
s inferre constituisset, ferroque ad eam rem opus haberet, fraudu-
sum consilio legatos ad Constantium misisse, qui illum tanquam
m adorarent, ferrique maximam copiam ab eo peterent; specie
, ut barbaros quosdam sibi vicinos armis ulcisceretur, sed revera,
rro adversus Romanos uteretur. [Cf. *Manso* Leben Constantins
q.]

φιλικῶν διεπέμπετο σύμβολα, ἔπραττε δὲ τὰς συνθήκας κἀπὶ τούτῳ βασιλεύς, ὑπερβολῇ φιλοτίμῳ τὸν τῆς τιμῆς προαρξάμενον νικῶν ταῖς ἀντιδόσεσι. Πυθόμενος γέ τοι παρὰ τῷ Περσῶν γένει πληθύειν τὰς τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας, λαούς τε μυριάνδρους ταῖς Χριστοῦ ποίμναις ἐναγελάζεσθαι, χαίρων ἐπὶ τῇ τούτων ἀκοῇ, οἷά τις κοινὸς τῶν ἁπανταχοῦ κηδεμὼν, πάλιν κἀνταῦθα τὴν ὑπὲρ τῶν ἁπάντων εἰσῆγε πρόνοιαν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

Κωνσταντίνου αὐγούστου πρὸς Σαπώρην τὸν βασιλέα Περσῶν, ὁμολογοῦντα εἰς θεὸν καὶ Χριστὸν εὐσεβέστατα.

Ἀντίγραφον πρὸς τὸν βασιλέα Περσῶν*).

„Τὴν θείαν πίστιν φυλάσσων, τοῦ τῆς ἀληθείας φωτὸς μεταλαγχάνω, τῷ τῆς ἀληθείας φωτὶ ὁδηγούμενος, τὴν θείαν πίστιν ἐπιγινώσκω· τοιγάρτοι τούτοις ὡς τὰ πράγματα βεβαιοῖ, τὴν ἁγιωτάτην θρησκείαν γνωρίζω, διδάσκαλον τῆς ἐπιγνώσεως τοῦ ἁγίου θεοῦ ταύτην τὴν λατρείαν ἔχειν ὁμολογῶ· τούτου τοῦ θεοῦ τὴν δύναμιν ἔχων σύμμαχον, ἐκ τῶν περάτων τοῦ Ὠκεανοῦ ἀρξάμενος, πᾶσαν ἐφεξῆς τὴν οἰκουμένην βεβαίοις σωτηρίοις ἐλπίσι[1]) διήγειρα, ὡς ἅπαντα ὅσα ὑπὸ τοσούτοις τυράννοις δεδουλωμένα, ταῖς καθημεριναῖς συμφοραῖς ἐνδόντα, ἐξίτηλα ἐγεγόνει[2]) [ταῦτα τὴν ἐπὶ τὸ κρεῖττον δι' ἐμοῦ βελτίωσιν

Cap. IX. *) [*Ἀντίγραφον — Περσῶν*. Data est haec epistola a. 333. Vid. *Holzhausen* de fontibus quibus Socrates Sozomenus et Theodoretus usi sunt p. 49 sq.] — 1) *Βεβαίοις σωτηρίοις ἐλπίσι*. Scribendum sine dubio [?] *σωτηρίας*, quanquam apud Theodoretum in libro I. cap. 25. ea vox deest. Epiphanius tamen scholasticus eam vocem agnoscit, ut docet eius versio in lib. III. historiae tripartitae. [Neque apud Theodoretum Val. *σωτηρίας* non legit.] — 2) *Ἐξίτηλα ἐγεγόνει*. Hunc locum mutilum esse nemo non videt, quem in Moraei libro eodem plane modo quo in editione Genevensi suppletum inveni: *ταῦτα τὴν ἐπὶ τὸ κρεῖττον δι' ἐμοῦ βελτίωσιν δέξασθαι*. Verum quisquis hunc locum ita emendavit, malus profecto coniector fuit atque imperitus. Quis enim unquam ita locutus est: *τὴν ἐπὶ τὸ κρεῖττον βελτίωσιν*? Quanto facilius erat ac tutius hanc lacunam supplere ex Theodoreto, apud quem haec epistola Constantini ad Saporem integrior legitur et emendatior? [Apud Theodoret. H. E. I, 25. legitur: *ταῦτα προσλαβόντα τὴν τῶν κοινῶν ἐκδικίαν*.] Codex tamen Fuk. et Sav. eodem modo supplent hanc lacunam quo Genevensis editio. Nec movere nos debet, quod haec locutio barbara est. Nam epistola haec Constantini, primum Latine ab ipso scripta fuerat, deinde in Graecum sermonem conversa est ab imperito interprete. Idem contigit reliquis Constantini epistolis et orationibus. [Verba *ταῦτα — δέξασθαι* Val. vertit: *„velut quibusdam medicinae fomentis restitutae“* et Stroth.:

δέξασθαι]. *Τοῦτον τὸν θεὸν ἀθανάτῳ μνήμῃ*[3]) *τιμᾷν ὁμολογῶ, τοῦτον ἀκραιφνεῖ καὶ καθαρᾷ διανοίᾳ ἐν τοῖς*[4]) *ἀνωτάτω τυγχάνειν ὑπεραυγάζομαι.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ′.

Ὅτι κατὰ εἰδώλων, καὶ περὶ θεοῦ δοξολογίας.

Τοῦτον ἐπικαλοῦμαι γόνυ κλίνας, φεύγων μὲν πᾶν αἷμα βδελυκτὸν, καὶ ὀσμὰς ἀηδεῖς καὶ ἀποτροπαίους, πᾶσαν δὲ γεώδη λαμπηδόνα[1]) *ἐκκλίνων· οἷς ἅπασιν ἡ ἀθέμιτος καὶ ἄῤῥητος πλάνη χραινομένη, πολλοὺς τῶν ἐθνῶν, καὶ ὅλα γένη κατέῤ-*

„*wie durch eine Medizin wieder zu seinen vorigen Lebenskräften gebracht.*“ Locum vero esse mutilum, non opus est statuere, modo ὡς ἅπαντα vertas: *quemadmodum* omnia, scil. ἐλπίσι διήγειρα.] — 3) [Ἀθανάτῳ μνήματι Cast.] — 4) [Ταῖς pro τοῖς Steph.]

Cap. X. 1) *Γεώδη λαμπηδόνα.* Christophorsonus *sacrificiorum flammam* interpretatur, Camerarius *incantationum igniculos*, rectius. Ignes enim nescio qui in mysteriis paganorum, et lux quaedam post tenebras emicabat. Quod arte magica et nescio quibus praestigiis faciebant daemonum sacerdotes, ut auctoritatem ac reverentiam sacris suis conciliarent. Apuleius in lib. XI.: *Accessi*, inquit, *confinium mortis: et calcato Proserpinae limine per omnia vectus elementa remeavi. Nocte media vidi solem candido coruscantem lumine* etc. De hoc ritu locus est elegans Themistii apud Stobaeum cap. 274. qui hic meretur adscribi: τὸ δὲ παθεῖν πάθος οἷον οἱ τελεταῖς μεγάλαις κατοργιαζόμενοι· διὸ καὶ ῥῆμα τῷ ῥήματι καὶ ἔργον τῷ ἔργῳ τοῦ τελευτᾷν καὶ τελεῖσθαι προσέοικε· πλάναι τὰ πρῶτα καὶ περιδρομαὶ, καὶ κοπώδεις καὶ διὰ σκότους τινὸς ὕποπτοι πυρεῖαι καὶ ἀτέλεστοι· εἶτα πρὸ τοῦ τέλους αὐτοῦ τὰ δεινὰ πάντα φρίκη καὶ τρόμος καὶ ἱδρὼς καὶ θάμβος· ἐκ δὲ τούτου φῶς τι θαυμάσιον ἀπήντησεν, ἢ τόποι καθαροὶ καὶ λειμῶνες ἐδέξαντο, φωνὰς καὶ χορείας καὶ σεμνότητας ἀκουσμάτων ἱερῶν καὶ φαντασμάτων ἁγίων ἔχοντες· ἐν αἷς ὁ παντελὴς ἤδη καὶ μεμυημένος ἐλεύθερος γεγονὼς, καὶ ἄφετος περιιὼν, ἐστεφανωμένος ὀργιάζει etc. Locus hic Themistii desumptus est ex libro de immortalitate animae, in quo Themistius animam esse immortalem adstruebat, tum pluribus aliis argumentis, tum eo quod mortem Graeci τελευτὴν vocant quasi τελετὴν, id est mysterium. Atque ut haec duo nomina inter se simillima sunt, ita res ipsae illis nominibus designatae miram habent similitudinem. Nam in mysteriis quidem primum vagi errores et circuitus molesti, et pavidi ingressus per loca tenebrosa, et longissima itinera cum lassitudine. Inde antequam ad finem veniatur, cuncta terribilia; tremor, horror et cum stupore admiratio. Ad extremum vero admiranda quaedam lux occurrit, et amoena quaedam loca ac pura, in quibus sacrae voces audiuntur, et divina simulacra visuntur etc. Ad eundem ritum pertinent haec Origenis verba in lib. IV. contra Celsum: ἐξομοιοῖ ἡμᾶς τοῖς ἐν ταῖς Βακχικαῖς τελεταῖς τὰ φάσματα καὶ τὰ δείματα προεισάγουσι. [Hanc Valesii huius loci expositionem ipse veram puto quamvis V. D. sententiam suam retractans ad Theodoretum, Constantini verba de igne quem Persae colerent, interpretari maluerit. Vertit autem utroque loco πᾶσαν γεώδη λαμπηδόνα Val.: „*omnem terrenum fulgorem*“ et Stroth. hoc loco: „*alles irdische Feuer.*“ Verbis contra praecedentibus αἷμα — ἀποτροπαίους sacrificia significantur, ut iam Stroth.

ῥιψε[2]), τοῖς κατωτάτω μέρεσι[3]) παραδοῦσα. Ἃ γὰρ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, προνοίᾳ τῶν ἀνθρώπων, διὰ φιλανθρωπίαν οἰκείαν χρείας ἕνεκα εἰς τοὐμφανὲς παρήγαγε, ταῦτα πρὸς τὴν ἑκάστου ἐπιθυμίαν ἕλκεσθαι οὐδαμῶς ἀνέχεται, καθαρὰν δὲ μόνην διάνοιαν καὶ ψυχὴν ἀκηλίδωτον παρὰ ἀνθρώπων ἀπαιτεῖ, τὰς τῆς ἀρετῆς καὶ εὐσεβείας πράξεις ἐν τούτῳ σταθμώμενος. Ἐπιεικείας γὰρ καὶ ἡμερότητος ἔργοις ἀρέσκεται, πρᾴους φιλῶν, μισῶν τοὺς ταραχώδεις, ἀγαπῶν πίστιν, ἀπιστίαν κολάζων· πᾶσαν μετ' ἀλαζονείας δυναστείαν καταῤῥηγνὺς, ὕβριν ὑπερηφάνων τιμωρεῖται[4]). Τοὺς ὑπὸ τύφου ἐπαιρομένους ἐκ βάθρων ἀναιρεῖ, ταπεινόφροσι καὶ ἀνεξικάκοις τὰ πρὸς ἀξίαν νέμων. Οὕτω καὶ βασιλείαν δικαίαν περὶ πολλοῦ ποιούμενος, ταῖς παρ' ἑαυτοῦ ἐπικουρίαις κρατύνει, σύνεσίν τε βασιλικὴν τῷ γαληναίῳ τῆς εἰρήνης διαφυλάττει.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

Ὅτι κατὰ τυράννων καὶ διωκτῶν, καὶ περὶ Οὐαλεριανοῦ αἰχμαλωτισθέντος.

Οὔ μοι δοκῶ πλανᾶσθαι, ἀδελφέ μου, τοῦτον ἕνα Θεὸν ὁμολογῶν πάντων ἀρχηγὸν καὶ πατέρα· ὃν πολλοὶ τῶν τῇδε βασιλευσάντων μανιώδεσι πλάναις ὑπαχθέντες, ἐπεχείρησαν ἀρνήσασθαι· ἀλλ' ἐκείνους μὲν ἅπαντας τοιοῦτον τιμωρὸν τέλος κατανάλωσεν, ὡς πᾶν τὸ μετ' ἐκείνους ἀνθρώπων γένος, τὰς ἐκείνων συμφορὰς ἀντ' ἄλλου παραδείγματος τοῖς παρὰ τούτους[1])

---

ad h. l. animadvertit.] — 2) Ὅλα γένη κατέῤῥιψε. In codice Fuk. scriptum inveni κατήρειψε quod magis placet. [Cast. κατέρειψε.] In eodem exemplari legitur πολλὰ τῶν ἐθνῶν. [Neque aliter Cast.] — 3) [Τοῖς κατωτάτω μέρεσι i. e. ad ima *tartara*, ut Val. vertit. Cf. Ephes. IV, 9.] — 4) [Τιμωρῶν Cast.]

Cap. XI. 1) Τοῖς παρὰ τούτους. Longe aliter hic locus legitur apud Theodoretum, hoc scilicet modo: ἐπαράτους τοῖς τὰ ὅμοια ζηλοῦσι τίθεσθαι. Optime, meo quidem iudicio. Nec aliter scripserat Constantinus. Omnes, inquit, retro principes qui Christi fidem persecuti sunt, adeo funestus exitus oppressit, ut universum nunc hominum genus principum illorum calamitates pro omni supplicio imprecari soleat iis, qui illos imitari studerint. Quid hoc sensu planius et elegantius? παράδειγμα igitur hoc loco poenam significat, quo sensu ea vox frequenter a Graecis usurpatur, ut notavit Agellius. Porro ἐπαράτους τίθεσθαι τὰς συμφορὰς, eleganter dicitur pro eo quod Latini dicunt imprecari. Sic εὐχὴν θέσθαι dicunt Graeci, ut supra notavi. Epiphanius scholasticus hunc locum ita vertit: *Sed illos omnes finis comprehendit exitiosus, ita ut omne genus hominum post eos exurgens, clades illorum pro maledictionis exemplo*

τὰ ὅμοια ζηλοῦσι τίθεσθαι. Τούτων ἐκείνων ἕνα ἡγοῦμαι γεγονέναι, ὃν ὥσπέρ τις σκηπτὸς[2]), ἡ θεία μῆνις τῶν τῇδε ἀπελάσασα, τοῖς ὑμετέροις μέρεσιν παραδέδωκε, τῆς ἐπ' αὐτῷ[3]) αἰσχύνης πολυθρύλλητον τὸ παρ' ὑμῖν τρόπαιον ἀποφήναντα.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒʹ.

Ὅτι τῶν μὲν διωκτῶν εἶδε τὰς πτώσεις, εὐθυμεῖ δὲ νῦν διὰ τὴν τῶν Χριστιανῶν εἰρήνην.

Ἀλλὰ γὰρ εἰς καλὸν ἐκεῖνο προκέχωρηκε[1]), τὸ ἐν τῷ καθ' ἡμᾶς αἰῶνι τὴν τῶν τοιούτων τιμωρίαν περιφανῆ δειχθῆναι· ἐπεῖδον γὰρ καὶ αὐτὸς[2]) τῶν ἔναγχος ἀθεμίτοις προστάγμασι τὸν τῷ θεῷ ἀνακείμενον λαὸν ἐκταραξάντων. Διὸ δὴ καὶ πολλὴ χάρις τῷ θεῷ, ὅτι τελείᾳ προνοίᾳ πᾶν τὸ ἀνθρώπινον τὸ θεραπεῦον τὸν θεῖον νόμον, ἀποδοθείσης αὐτοῖς τῆς εἰρήνης, ἀγάλλεται καὶ γαυριᾷ. Ἐντεῦθεν καὶ ἡμῖν αὐτοῖς πέπεισμαι[3]), ὡς ὅτι κάλλιστα καὶ ἀσφαλέστατα ἔχειν ἅπαντα[4]), ὁπότε διὰ τῆς ἐκείνων καθαρᾶς τε καὶ δοκίμου θρησκείας, ἐκ τῆς περὶ τὸ θεῖον συμφωνίας πάντας εἰς ἑαυτὸν ἀγείρειν ἀξιοῖ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓʹ.

Παράκλησις ὥστε τοὺς παρ' αὐτῷ Χριστιανοὺς ἀγαπᾷν.

Τούτου τοῦ καταλόγου[1]) τῶν ἀνθρώπων, λέγω δὴ τῶν Χριστιανῶν, ὧν ὑπὲρ τούτων ὁ πᾶς μοι λόγος, πῶς οἴει με

---

proponere videatur. — 2) [*Ὥσπερ τινὰ σκηπτὸν* Ion. male. Cf. *Dorville* ad Charit. p. 692.] — 3) *Τῆς ὑπ' αὐτῶν αἰσχύνης.* In historia Theodoreti rectius legitur: *τῆς ἐπ' αὐτῷ αἰσχ. π. τὸ παρ' ὑμῖν τρόπαιον ἀποφήναντα.* [*Ἐπ' αὐτῷ* dedi cum Zimm. *Ὑπ' αὐτῶν* Val. *ἐπ' αὐτῶν* Cast. *ὑπ' αὐτὸν* MSt. Steph.] Valerianum intelligit, qui a Persis captus, ignobili apud eos servitute consenuit, et privato dedecore triumphum Persarum nobilitavit. Id est, victoriam Persarum de Romanis celeberrimam fecit sua ipsius ignominia. [Cf. Euseb. H. E. VII, 13.] Hic est sensus eius loci, quem nec Epiphanius, nec reliqui interpretes assecuti sunt. In codice Fuk. et Turnebi legitur *ἀποφήνασα*, non male.

Cap. XII. 1) [*Προκεχωρηκέναι* Steph.] — 2) [*Τινὰς* post *αὐτὸς* Ion. Zimm.] — 3) [*Ἡμῖν αὐτοῖς πέπεισμαι* legitur quoque apud Theodoretum neque vero verti posse, patet cum Val.: „plane *mihi persuadeo*" et Stroth.: „*bin auch ich selbst davon überzeugt*" sed, si sanum est, interpretandum potius videtur: „nobis ipsis *credo*, *confido.*" Cf. *Passow* Lexic. sub v. *πείθω* 2. c. e. Sed si non plane barbaram existimari opus est locutionem illam cum Valesio ad Theodoretum, qui cum Sav. scribendum censet *πεπίστευται*, certe insolentius illud dictum esse apparet, et, nisi fallor, legendum est *ἡμῖν αὐτοῖς πέπεισται*, nobis ipsis *persuasum est.*] — 4) [*Ἕκαστα καὶ ἅπαντα* Ion.]

ἥδεσθαι ἀκούοντα, ὅτι καὶ τῆς Περσίδος τὰ κράτιστα ἐπιπλεῖστον ὥσπερ ἔστι μοι βουλομένῳ, κεκόσμηται. Σοί τ' οὖν ὡς ὅτι κάλλιστα, ἐκείνοις θ' ὡσαύτως ὑπάρχοι τὰ κάλλιστα, ὅ, τι σοὶ κἀκείνοις[2]*). Οὕτω γὰρ ἕξεις τὸν τῶν ὅλων δεσπότην πατέρα θεὸν*[3]*), ἵλεω καὶ εὐμενῆ. Τούτους τοιγαροῦν ἐπειδὴ τοσοῦτος εἶ, σοὶ παρατίθεμαι, τοὺς αὐτοὺς τούτους, ὅτι καὶ εὐσεβείᾳ ἐπίσημος εἶ, ἐγχειρίζω*[4]*), τούτους ἀγάπα ἁρμοδίως τῆς σεαυτοῦ φιλανθρωπίας· αὐτῷ*[5]*) τε γὰρ καὶ ἡμῖν ἀπερίγραπτον δώσεις διὰ τῆς πίστεως τὴν χάριν.“*

Cap. XIII. 1) *Τούτου τοῦ καταλόγου.* Rectius apud Theodoretum legitur *τούτῳ τῷ καταλόγῳ.* Haec enim referuntur ad verbum *κεκόσμηται.* Mox scribe *ὑπὲρ γὰρ τούτων* ex Theodoreto ac Nicephoro. [Ita scripsit Zimm. Sed cf. Euseb. H. E. T. III. p. 520.] — 2) *Ὅ, τι σοὶ κἀκείνῳ.* [Ita Val. et antea *ὑπάρχει.*] Apud Theodoretum et Nicephorum legitur *ὅ ἐστί σοι κἀκείνοις.* In editione Iacobi Sirmondi legitur *ὅ τι ἐστὶ* etc. Quae verba Epiphanius scholasticus sic Latine vertit: Tu ergo optime gubernaveris, si fueris sicut illi, et habueris commune quod illi. Ioachimus autem Camerarius qui Theodoreti historiam Latine interpretatus est, ita vertit: *Optime igitur tecum, similiterque cum illis optime agitur, quia communiter cum utrisque.* Et sic fere Ioannes Langus. Mihi tamen hic sensus non satisfacit. Olim quidem scribendum putabam: *ὅ τι σὺ κἀκείνοις, κἀκεῖνοί σοι.* Quam lectionem in versione mea secutus eram. Sed nunc re attentius examinata, Theodoreti ac Nicephori lectionem retinendam censeo, et totum locum sic interpretator: Opto igitur, ut et tuae res quam florentissimae, et illorum perinde sint florentissimae; hoc est, utriusque vestrum ex aequo. Ita sensus est apertissimus, et sequentia egregie conveniens; tantum *ὑπάρχοι* in optativo scribendum erit. Musculus certe legit *ὑπάρχοι.* Sic enim vertit: *Cedat igitur id tibi optime et illis similiter: et tibi inquam et illis.* In codice Fuk. legitur *ὅ τι σοί,* sine illa voce *κἀκείνῳ.* [Similiter vertit Stroth.: *„Ich wünsche dir also das höchste Wohlergehn, und ihnen wünsche ich es ebenfalls, dass es ihnen gehe wie dir.“* Scribendum igitur duxi tum *ὅ, τι σοὶ κἀκείνοις* tum *ὑπάρχοι.* Zimm. retinuit *ὑπάρχει* sed *ὅ ἐστὶ σοὶ κἀκείνοις* dedit, quod eodem redit quo *ὅ, τι σοὶ κἀκείνοις.*] — 3) *Πατέρα θεόν.* In Theodoreto ac Nicephoro legitur *πρᾶον, ἵλεω τε καὶ εὐμενῆ.* Nec aliter legit Epiphanius scholasticus, ut ex versione eius apparet. [Hinc sane facillima est suspicio, pro *πατέρα θεὸν* scribendum esse *πρᾶον,* ut suspicatus est Strothius ad h. l. p. 402. not. 7.: *„welche Lesart einem alten Abschreiber zuzuschreiben ist, der das ΠΡΑΟΝ für zwey abgekürzte Wörter ΠΡΑ (πατέρα) und ΘΝ (θεὸν) gehalten.“* Fortasse tamen *πατέρα* est sanum, et solum *θεὸν* insititium.] — 4) [*Ἐγχειρίζων* Steph.] — 5) [*Αὑτῷ* Zimm. Similiter ille III, 45. *αὑτὴν — ὁρᾶσθαι παρέχουσα* ad vocem *αὐτὴν* monuit: „Scribe *αὑτήν.*“ Sed cum edd. et codd. in pronominum spiritibus misere fluctuent, et vel in veterum Graecorum scriptis talia non sine cautione mutanda sint, in patrum quidem ecclesiasticorum et recentiorum Graecorum libris *αὑτοῦ* in *αὐτοῦ, αὑτῷ* in *αὐτῷ* etc. nonnisi tum immutandum puto, ubi periculum est, ne illis retentis quaedam existat orationis obscuritas et ad aliam quam par est, personam illa referantur. Vid. *Reitz.* ad Lucian. T. II. p. 44 sq., qui praeter alia haec scripsit: „Non improbem, si *αὑτὸν,* pro *ἑαυτὸν,* idque pro *σεαυτὸν,* hic legamus (verba Luciani sunt: *αὐτὸν ὡς δείξῃς*); — — Sed quia mox sequitur *αὐτὸς ἐπινοῆσαι δεξιὸν,* potest et priori loco *αὐτὸν* per *ipsum* reddi; nec adeo necessario reciprocum requiritur, neque sine neces-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔ'.

Ὅπως Χριστιανοῖς μὲν ἦν εἰρήνη, σπουδῇ τῶν Κωνσταντίνου προσευχῶν.

Οὕτω δὴ λοιπὸν τῶν ἁπανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἐθνῶν ὥσπερ ὑφ' ἑνὶ κυβερνήτῃ διευθυνομένων, καὶ τὴν ὑπὸ τῷ θεράποντι τοῦ θεοῦ πολιτείαν[1]) ἀσπαζομένων, μηδενὸς μηκέτι παρενοχλοῦντος τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν, ἐν εὐσταθεῖ καὶ ἀταράχῳ βίῳ τὴν ζωὴν διῆγον οἱ πάντες. Βασιλεὺς δὲ κρίνας αὐτῷ τὰ μεγάλα συντείνειν πρὸς τὴν τῶν ὅλων φυλακὴν τὰς τῶν θεοσεβῶν εὐχὰς, ταύτας ἀναγκαίως ἐπορίζετο, αὐτός θ' ἱκέτης γιγνόμενος τοῦ θεοῦ, τοῖς τῶν ἐκκλησιῶν προέδροις[2]) τὰς ὑπὲρ αὐτοῦ λιτὰς ποιεῖσθαι ἐνεκελεύετο.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ'.

Ὅτι καὶ ἐν νομίσμασι καὶ ἐν εἰκόσιν, ὡς εὐχόμενον ἑαυτὸν ἐχάραττεν.

Ὅση δ' αὐτοῦ τῇ ψυχῇ πίστεως ἐνθέου[1]) ὑπεστήρικτο δύναμις, μάθοι ἄν τις καὶ ἐκ τοῦδε λογιζόμενος, ὡς ἐν τοῖς

---

sitate talia semper mutanda duxi. Reverend. *Bengelius* in praefat. Edit. minor. N. T. se *αὐτὸς* et *αὑτοῦ* saepe pro *αὐτοῦ* studio reliquisse, ait, et *αὑτοῦ* reciprocum saepe esse, quod ut non ubique concedo, — — ita propter permulta exempla non audeo ubique negare, nec dicere, omnia mutanda esse, quae is in membranis, et quae nos in priscis Editt. invenimus: — — Diligentiss. in investigandis Codd. *Grabius*, etiam in Edit. Vet. Test. studio saepe *αὐτοῦ* pro *αὑτοῦ* dedit, ut *Exod.* IX. 33. — X. 22. Item *Amos* c. II. 7. — — Ut sexcenta alia omittam, ex quibus pateret, illum — — rarius adspiratione uti. Ubi vero ad perspicuitatem sensus interest; ibi ego mutare non vererer, memor quam facile in spiritibus aberretur ubique" etc. Cf. idem *Reitz.* l. l. p. 81., ubi: „Etsi *αὑτὸν*, inquit, hic vertitur *se;* tamen non adeo opus est, in *αὐτὸν* mutari. Non magis inquam, quam apud *Thucyd.* IV. 108. p. 301. *λέγοντος, ὡς αὐτῷ ἐπὶ Νίσαιον τῇ ἑαυτοῦ μόνου στρατιᾷ οὐκ ἐθέλησαν οἱ Ἀθηναῖοι ξυμβαλεῖν.* — — Vides tam *αὑτῷ* quam *ἑαυτοῦ* per *secum* et *suum* recte reddi" etc. Add. Euseb. H. E. VI, 43. T. II. p. 280. V. C. III, 48. ubi pro *τῆς αὐτοῦ πόλεω* Steph. *τ. αὑτοῦ π.* IV, 14.]

Cap. XIV. 1) *Τὴν πολιτείαν.* Christianam religionem intelligo, quam omnes propemodum gentes tunc temporis amplexae sunt, abiecto patriae superstitionis errore. — 2) *Τοῖς τῶν ἐκκλησιῶν προέδροις.* Scribe *τοῖς τε τῶν ἐκκλησιῶν π.* Nisi malis scribere *ἐνεκελεύετο*, ut legitur in codice Fuk. Sav. et Turnebi. [Cast. Zimm. Contra Val. *ἐγκελευόμενος.*]

Cap. XV. 1) *Πίστεως ἐνθέου.* Anastasius bibliothecarius in versione septimae synodi, ubicumque vox *ἔνθεος* occurrit in Graeco, *deificum* in-

χρυσοῖς νομίσμασι, τὴν αὐτοῦ αὐτὸς εἰκόνα ὧδε γράφεσθαι διετύπου, ὡς ἄνω βλέπειν δοκεῖν ἀνατεταμένος[2]) πρὸς θεὸν, τρόπον εὐχομένου. Τούτου μὲν οὖν τὰ ἐκτυπώματα καθ᾽ ὅλης τῆς Ῥωμαίων διέτρεχεν οἰκουμένης· ἐν αὐτοῖς δὲ βασιλείοις κατά τινας πύλας[3]) ἐν ταῖς εἰς τὸ μετέωρον τῶν προπύλων ἀνακειμέναις εἰκόσιν, ἑστὼς ὄρθιος ἐγράφετο, ἄνω μὲν εἰς οὐρανὸν ἐμβλέπων, τὼ χεῖρε δ᾽ ἐκτεταμένος[4]) εὐχομένου σχήματι.

---

terpretatur. Sic *deificos libros* Latini vocabant codices sacrae scripturae, ut legitur in gestis purgationis Caeciliani. — 2) [Ἀνατεταμένου Ion. Zimm.] — 3) *Κατά τινας πύλας.* In codice Fuk. ac Turnebi et in schedis Regiis legitur κατά τινας πόλεις, longe rectius, ut equidem censeo. Ait enim Eusebius, non in omnibus, sed in quarundam urbium palatiis Constantinum ita depictum fuisse. — 4) *Τὼ χεῖρε δὲ ἐκτεταμένος.* Quisquis fuit interpres huius libri, parum attente hunc locum vertit, hoc modo: *Et precantis forma manus sursum tollens*, cum vertere debuisset: *manibus expansis, ut precantes solent.* Christiani enim inter precandum manus expandere solebant, ut crucis similitudinem hoc modo adumbrarent. Allevabant quidem manus Christiani, dum preces funderent. Sed hoc non erat proprium Christianorum, quippe cum gentiles idem facerent, ut testatur Virgilius dum ait:

Et geminas tollens ad sidera palmas.

Illud vero peculiare fuit Christianis, manus in crucis formam expandere. Tertullianus in lib. de oratione cap. XI.: *Nos vero non attollimus tantum, sed etiam expandimus, et dominica passione modulamur.* Idem in apologetico cap. XXX. [Cf. Tertull. de orat. c. XXIII.: „Sed et aves nunc exsurgentes eriguntur ad coelum et *alarum crucem pro manibus extendunt*, et dicunt aliquid, quod oratio videatur.“ *Lipsius* de cruce I, 9. *Petavii* dogmatt. theoll. XV, 9, 10. *Manso* Leben Constantins p. 322. *Augusti* Denkwürdigkeiten aus der christlichen Archaeologie T. V. p. 12*). p. 397. T. III. p. 299. De nummis quos cum Constantini effigie excusos esse tradit Eusebius h. l. et IV, 73., *Manso* l. l. p. 323. haec scripsit: „*Eine ähnliche Bewandniss hat es mit den Münzen, die ihn* (Constantin) *in der Stellung eines Bethenden zeigen, wie mit denen, die sich auf seine Aufnahme in den Himmel der Christen beziehen sollen. In den erstern erkennt man* (vid. *Eckhel.* doctr. veter. nummor. Vol. VIII. p. 80.) *ganz richtig eine Nachahmung Alexanders des Grossen, der ebenfalls auf Münzen mit zurückgeworfenem Haupte erscheint, und, wie schon andere bemerkt haben, von Constantin gern zum Muster genommen wurde. In den Münzen der zweyten Gattung aber kann die Hand aus den Wolken nichts entscheiden, da die Vergötterung der Heiden auf dieselbe Weise versinnbildet wurde.*“ Sed quamvis concedam quod affirmat *Manso* l. l. p. 322 sq., falsum esse quod refert Sozomenus H. E. I, 8. (cf. Euseb. V. C. III, 3.), Constantinum nummos excudi iussisse non solum cum sua ipsius imagine sed etiam cum signo crucis, et quamvis non impugnem quae V. D. de altero nummorum genere IV, 73. ab Eusebio commemorato scripsit, tamen in iis nummis quorum hoc loco quem prae manibus habemus, mentionem fecit Eusebius, Constantini imaginem expressam fuisse, manibus eius *in crucis formam* expansis, non maiori iure negari posse putaverim quam quo quis omnia reliqua quae de vi quam crucis signum in Constantinum exercuerit, Eusebius refert, reiicienda esse existimaturus sit. Cf. Excurs. I. extr. *Balduin.* Constantinus M. p. 126 sq. *Holzhausen.* de fontibus quibus Socrates Sozom. ac Theodoret. usi sunt p. 74. not.]

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ιϛʹ.

Ὅτι καὶ ἐν εἰδωλείοις εἰκόνας αὐτοῦ θεῖναι, νόμῳ διεκώλυσεν.

Ὧδε μὲν οὖν αὐτὸς ἑαυτὸν κἂν ταῖς γραφαῖς εὐχόμενον ἀνιστόρει· νόμῳ δ᾽ ἀπεῖργεν[1]) εἰκόνας αὐτοῦ εἰδώλων ἐν ναοῖς ἀνατίθεσθαι, ὡς μηδὲ μέχρι σκιαγραφίας τῇ πλάνῃ τῶν ἀπειρημένων μολύνοιτο [ἡ γραφή][2]).

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖʹ.

Ἐν παλατίῳ προσευχαὶ, καὶ θείων γραφῶν ἀναγνώσεις.

Σκέψαιτο δ᾽ ἄν τις τὰ τούτων σεμνότερα, διαγνοὺς ὡς ἐν αὐτοῖς τοῖς βασιλείοις ἐκκλησίας θεοῦ τρόπον[1]) διέθετο[2]),

---

Cap. XVI. 1) *Νόμῳ δ᾽ ἀπεῖργεν.* At Socrates in lib. I. cap. 18. contrarium scribit his verbis: *καὶ παύει μὲν τὰ μονομάχια, εἰκόνας δὲ τὰς ἰδίας ἐν τοῖς ναοῖς ἐναπέθετο.* Verum non immerito quis suspicetur corruptum esse hunc Socratis locum. Recenset enim illic Socrates cuncta, quae ad exstinguendam gentilium superstitionem a Constantino excogitata sunt. Inter quae ait Constantinum, imagines suas ac statuas in deorum templis posuisse. Atqui eo facto non exstinguebatur superstitio gentilium, sed augebatur aut mutabatur. Imperatorem enim dei loco adoraturi erant gentiles. Quamobrem Socratis locus emendandus est ex Eusebio in hunc modum: *εἰκόνας δὲ τὰς ἰδίας ἐν τοῖς ναοῖς ἀπεῖργεν ἀνατίθεσθαι.* [Cf. *Schröckh* christliche KG. T. V. p. 109.] — 2) *Μολύνοιτο ἡ γραφή.* Delenda puto haec verba *ἡ γραφὴ*, quippe quae sensum turbant. His enim expunctis sensus est planissimus. [Nihil videtur probabilius. Vox enim *γραφὴ* adscripta videtur ab iis qui non satis intelligerent quomodo Constantinus dici possit voluisse *μολύνεσθαι μηδὲ μέχρι σκιαγραφίας* et potius scribendum fuisse putarent *ὡς μηδὲ μολύνοιτο τῇ πλάνῃ τῶν ἀπειρημένων ἡ γραφὴ* i. e. *ἡ εἰκών*. Itaque uncis certe sepsi cum Zimm. *ἡ γραφή*. Rectius autem vertit Strothius: „*damit er auch nicht einmal* in der blossen Zeichnung seines Gemäldes *mit dem Irrthum der Abscheulichen befleckt würde*“, quam Val.: „ne forte errore vetitae superstitionis, *vel inani specie tenus* inquinaretur.“ An forte putavit V. D., illud *μέχρι σκιαγραφίας* convenire nostro: „*im entferntesten, im geringsten*“?]

Cap. XVII. 1) *Ἐκκλησίας θεοῦ τρόπον.* Sozomenus in lib. I. cap. 7. de Constantino imp. ita scribit: *καὶ ἐν τοῖς βασιλείοις εὐκτήριον οἶκον κατεσκεύασε.* Apparet Sozomenum id ex Eusebio nostro, uti solet, hausisse. Sed Eusebius non dicit Constantinum in palatio ecclesiam aedificasse. Hoc tantum dicit, illum ecclesiae quandam speciem in palatio instituisse. Vide panegyricum Eusebii in tricennalibus Constantini pag. 628. ubi sententiam nostram aperte confirmat. [Add. *Zorn.* histor. eucharist. infantium XVII, 3. p. 217 sq.: „Sunt quidem nonnulli, qui ex Eusebio colligunt Sacramenta in domesticis Constantini nondum baptizati Sacris administrata fuisse, deque iis Constantinum participasse: at illis, qui ita sentiunt, in

σπουδῇ ἐξάρχων αὐτὸς τῶν ἔνδον ἐκκλησιαζομένων· μετὰ χεῖρας γέτοι λαμβάνων τὰς βίβλους, τῇ τῶν θεοπνεύστων λογίων θεωρίᾳ προσανεῖχε[3]) τὸν νοῦν· εἶτ' εὐχὰς ἐνθέσμους σὺν τοῖς τὸν βασίλειον οἶκον πληροῦσιν[4]) ἀπεδίδου.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ'.

Τῆς κυριακῆς τὴν ἡμέραν καὶ παρασκευῆς νομοθεσίᾳ τιμᾶν.

Καὶ ἡμέραν δ'[1]) εὐχῶν ἡγεῖσθαι κατάλληλον, τὴν κυρίαν ἀληθῶς καὶ πρώτην ὄντως κυριακήν τε καὶ σωτήριον, διετύπου· διάκονοι δ' αὐτῷ καὶ ὑπηρέται θεῷ καθιερωμένοι, βίου τε σεμνότητι καὶ ἀρετῇ πάσῃ κόσμιοι ἄνδρες, φύλακες τοῦ παντὸς οἴκου[2]) καθίσταντι· δορυφόροι τε πιστοὶ σωματοφύλακες, τρόποις εὐνοίας [καὶ] πίστει καθωπλισμένοι, βασιλέα

---

hanc sententiam respondet Daniel Papebrochius (Tom. V. Actor. Sanctor. die Maii XXI. cap. II. de Constantino M. num. 14. p. 16. cf. *Tentzel.* exercitt. selectt. P. II. p. 317 sq.): expendi accurate capita Eusebii quae allegantur, omnia, et ex omnibus aliud nihil potui conficere, quam quod pius Imperator, qui militibus nondum initiatis formam comprecationis communis praescripserat, ad quam diebus dominicis convenire deberent in patentes suburbiorum campos (cf. cap. XVIII.), idem in suo palatio — — instruxerit ἐκκλησίας θεοῦ τρόπον *formam aliquam ecclesiae Dei:* ibi (ut dicitur cap. 22.) statis quotidie temporibus solus cum deo agebat οἷα τις μέτοχος ἱερῶν ὀργίων velut aliquis qui divinorum mysteriorum revera particeps fieret. — — Ibi ergo celebritatem Paschae agebat, eo quo sequenti capite narratur modo: nusquam autem invenire est verbum, quo ad sacros ecclesiarum conventus — — ingessisse se intelligatur." Cf. annot. ad IV, 62. Socrat. H. E. VII, 22. *I. G. Walch.* diss. de ecclesiis domesticis Christianorum p. 41 sq. Ien. 1752. *Fabricii* diss. de ecclesiis domesticis §. XVIII. *E. F. Wernsdorf.* de Constantini M. religione paschali p. 10 sq. p. 16.] — 2) [Διετίθετο Ion.] — 3) [Προσανεῖλε Cast.] — 4) Τοῖς τὸν βασίλειον οἶκον πληροῦσιν. Vox ambigua est βασίλειος οἶκος, quae et ecclesiam et palatium significat. Ac videtur Eusebius de industria in huius vocis ambiguitate lusisse, eo quod Constantini palatium simile esset ecclesiae. Et quos hic vocat: τοὺς τὸν βασίλειον οἶκον πληροῦντας, supra vocavit τοὺς ἔνδον ἐκκλησιαζομένους.

Cap. XVIII. 1) [Δι' εὐχῶν Cast. Zimm. Sed difficilior est nostra lectio eademque invenitur in panegyric. c. IX. Recte vertit Val.: „*Diem vero precationibus congruum haberi constituit*" et Stroth.: „*Auch verordnete er, dass — zu dem zum Gebet bestimmten Tag angenommen werden sollte.*"] — 2) Φύλακες τοῦ παντὸς οἴκου. Interpres Sozomeni sententiam secutus ecclesiam intellexit, cui non assentior. Nam Eusebius ipse in panegyrico pag. 628. ubi haec ad verbum leguntur, nihil de ecclesia dicit. Sensus igitur huius loci est, Constantinum ministris ac famulis dei et sacerdotibus curam et custodiam totius palatii sui commisisse, ita ut sacerdotes essent quasi quidam Maiores domus, aut

διδάσκαλον εὐσεβῶν ἐδιδάσκοντο[3]) *τρόπων, τιμῶντες οὐχ ἧττον καὶ αὐτοὶ τὴν σωτήριον καὶ κυριακὴν ἡμέραν, εὐχάς τε ἐν αὐταῖς*[4]) *συντελοῦντες τὰς βασιλεῖ φίλας. Ταὐτὸν δὲ πράττειν καὶ πάντας ἐνῆγεν ἀνθρώπους ὁ μακάριος, ὥσπερ εὐχὴν ταύτην πεποιημένος, ἠρέμα σύμπαντας ἀνθρώπους θεοσεβεῖς ἀπεργάσασθαι. Διὸ τοῖς ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν πολιτευομένοις ἅπασι, σχολὴν ἄγειν ταῖς ἐπωνύμοις τοῦ σωτῆρος ἡμέραις ἐνουθέτει, ὁμοίως δὲ καὶ τὰς τοῦ σαββάτου τιμᾷν*[5])· *μνήμης*

---

quos Romani *Curas palatii* vocabant. [Cf. II, 4. not. 2.] — 3) *Διδάσκαλον εὐσεβῶν ἐδιδάσκοντο.* Scribendum puto *ἐπεγράφοντο.* Nam excusa lectio ferri non potest. Atque ita in panegyrico pag. 628. [Lectio vulgata haud scio an nihilominus ferri possit, si Eusebium ut saepissime, lusum verborum quaesivisse velimus statuere, hoc modo: protectores et stipatores fidi — imperatorem pietatis doctorem esse docebant, id est, imperatorem esse pietatis ipsorum doctorem aliis profitebantur et indicabant. Cf. II, 19. not.] — 4) [*Ἐν αὐτῇ* Ion. Zimm.] — 5) *Καὶ τὰς τοῦ σαββάτου τιμᾷν.* Scribendum est procul dubio *τὰς πρὸ τοῦ σαββάτου.* Atque ita apparet legisse eum qui titulos horum capitum composuit. Sed et Sozomenus in libro primo capite 7. [imo cap. 8.] id ipsum confirmat, dum scribit: *τὴν δὲ κυριακὴν καλουμένην ἡμέραν, ἣν Ἑβραῖοι πρώτην τῆς ἑβδομάδος ὀνομάζουσιν, Ἕλληνες δὲ ἡλίῳ ἀνατιθέασι, καὶ τὴν πρὸ τῆς ἑβδόμης, ἐνομοθέτησε δικαστηρίων καὶ τῶν ἄλλων σχολὴν ἄγειν πάντας, καὶ ἐν εὐχαῖς καὶ λιταῖς τὸ θεῖον θεραπεύειν.* Id est, die autem dominico quem Hebraei primum sabbati, gentiles vero diem solis appellant; item sexta feria, cunctos a iudiciis aliisque operibus feriari praecepit, et precibus ac supplicationibus deum venerari. In his Sozomeni verbis nonnihil difficultatis occurrit, quod quidem spectat ad diem Veneris. Vix enim mihi persuadere possum, Constantinum praecepisse, ut eo die a iudiciis abstinerent. Certe Eusebius id non dicit de Veneris die, sed tantum de die dominico. Extat Constantini lex in codice Theodosiano, titulo de feriis, in qua dies tantum dominicus excipitur. Itaque id de suo admensus est Sozomenus. Qui cum sua aetate id observari videret Constantinopoli (fuit enim advocatus in ea urbe, una cum Aquilino quodam, ut ipse scribit in lib. II.), Constantinum eius rei auctorem fuisse credidit. [Cum Valesius ipse profiteatur, quae Sozomenus de die Veneris refert, esse improbabilia, non video, quomodo nihilominus loco illo Sozomeni uti potuerit V. D. ad stabiliendam lectionem *τὰς πρὸ τοῦ σαββάτου* et quomodo eum sequens Strothius vertere: „*die Tage vor dem Sabbath*" ac scribere potuerit ad h. l. p. 405 sq. not. 8. „*D. i. die Freytage. Ich bin übrigens Christophersons Lesart gefolgt τὰς πρὸ τοῦ σαββάτου, weil der Verfasser der Ueberschrift eben so gelesen zu haben scheint, und Sozomenus B. I. Kap. 7. diese Lesart bestätigt — — Auch De Valois hat dieser Lesart seinen Beyfall gegeben.*" Cf. Reading. ad l. l. Sozomeni. Imo lectio illa non magis Sozomeni auctoritate defendi potest quam illius qui capitis titulum confecit ac Chronici de Constantino M. (cf. *Suicer.* Thes. T. II. p. 185. 3. *Matthaei* Chrysost. homill. Vol. II. p. 83.) referentis: *Τὴν δὲ παρασκευὴν, καὶ τὴν κυριακὴν τιμᾶσθαι προσέταξε, τὴν μὲν διὰ τὸν σταυρὸν τοῦ κυρίου, τὴν δὲ διὰ τὴν ἀνάστασιν.* Vid. *Balduin.* Constantinus M. p. 167 sq.: „*Quod de die sexto, quem Veneri ascribere solemus, scribit* (Sozomenus), *additicium videtur. Nam neque ulla eius in Constantini lege* (l. III. C. de feriis) *mentio est: neque temere cumulandae feriae sunt: — — Quibus autem studiis Constantinum ait Sozomenus voluisse eum diem, quo alioqui ab aliis negociis ocium et quies est,*

ἕνεκά μοι δοκεῖν τῶν ἐν ταύταις τῷ κοινῷ σωτῆρι πεπρᾶχθαι μνημονευομένων. Τὴν δέ γε σωτήριον ἡμέραν, ἣν καὶ φωτὸς εἶναι καὶ ἡλίου ἐπώνυμον⁶) συμβαίνει, τὰ στρατιωτικὰ πάντα διὰ σπουδῆς τιμᾶν διδάσκων, τοῖς μὲν τῆς ἐνθέου μετέχουσι πίστεως, ἀκωλύτως τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ καρτερεῖν μετεδίδου σχολῆς⁷), ἐφ' ᾧ τὰς εὐχὰς, μηδενὸς αὐτοῖς ἐμποδὼν γιγνομένου, συντελεῖν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΘ'.

Ὅπως καὶ τοὺς ἐθνικοὺς στρατιώτας, ἐν κυριακαῖς εὔχεσθαι προσέταξε.

Τοῖς καὶ μήπω τοῦ θείου λόγου μετασχοῦσιν, ἐν δευτέρῳ νόμῳ διεκελεύετο[1]), τὰς κυριακὰς ἡμέρας[2]) ἐν προαστείοις ἐπὶ καθαροῦ προϊέναι πεδίου[3]), κἀνταῦθα μεμελετημένην εὐχὴν

---

occupari, libenter equidem audio et accipio. Sed opera tamen rustica, in quibus vel mora vel procrastinatio magnum haberet periculum, prudenter excipi, Reipublicae intererat: et salva religione fieri potuit" etc. Cf. *Suicer.* l. l. p. 184 sqq. *Schröckh* christliche KG. T. V. p. 100 sqq. *Stäudlin* Geschichte der Sittenlehre Jesu T. III. p. 392. *Manso* Leben Constantins p. 95 sq. f. *Schmidt* Handbuch der christlichen KG. T. III. p. 338 sq. *Augusti* Denkwürdigkeiten T. II. p. 129 sq., quo loco vereor ne res diversas miscuerit V. D., T. III. p. 354 sq. p. 357. Sed sana sunt omnia, si verba illa τὰς τοῦ σαββάτου de sabbato *Christianorum*, i. e. de ipso die dominico interpretari velimus, ut ex loquendi usu videmur ea posse interpretari (cf. *Suicer.* l. l. T. II. p. 919. 3.), contra praecedentia ταῖς ἐπωνύμοις τοῦ σωτῆρος ἡμέραις de diebus festis omnibus solennioribus quae in memoriam Christi et rerum ab eo gestarum celebrari solebant et Constantinus voluerit celebrari, ut de festo paschali etc. Atque haec interpretatio egregie confirmari videtur sequentibus: μνήμης ἕνεκά μοι δοκεῖν ἐν ταύταις τῷ κοινῷ σωτῆρι πεπρᾶχθαι μνημονευομένων, a quibus statim disiungitur dies dominica verbis: τὴν δέ γε σωτήριον ἡμέραν ἣν καὶ φωτὸς εἶναι καὶ ἡλίου ἐπώνυμον συμβαίνει κ. τ. λ. Fortasse autem non temere coniicias post τοῦ σαββάτου excidisse ἡμῶν, quo scripto verba illa quin de die dominica interpretanda sint, nullus plane relinqueretur dubitandi locus.] — 6) [Φωτὸς καὶ ἡλίου ἐπώνυμον. Vid. *Valesius* ad Euseb. de laudibus Constantini cap. IX. *Suicer.* Thes. T. II. p. 184 sqq. *Böhmer.* XII. dissertt. iur. eccles. diss. I. §. XVII. p. 26 sqq. ed. II. *Augusti* Denkwürdigkeiten T. III. p. 128. T. IV. p. 159. p. 164. VI. Cf. Sedul. carm. V, 315 sqq. p. 92. ed. *Cellar.*] — 7) [Ἀκωλύτως — σχολῆς. Vid. *Böhmer.* XII. dissert. iur. eccl. diss. I. §. XIX. p. 29 sqq.]

Cap. XIX. 1) [Διεκελεύετο. Vid. *Planck* Geschichte der christlich-kirchlichen Gesellschafts-Verfassung Tom. I. p. 456.] — 2) Τὰς κυριακὰς ἡμέρας. Scribendum est ταῖς κυριακαῖς ἡμέραις, vel certe κατὰ τὰς κυριακὰς ἡμέρας. — 3) Ἐπὶ καθαροῦ πεδίου. Campum purum dicit, in quo nullae arae, nulla essent sepulcra. [Maxime autem tenendum est, eos qui ἐπὶ καθαροῦ πεδίου congregari iubentur, sub divo congregari iuberi cogitandos esse, sive illo ipso loco ubi versantur, aliae res quae in aliis

ἐξ ἑνὸς συνθήματος ὁμοῦ τοὺς πάντας ἀναπέμπειν θεῷ· μήτε γὰρ δόρασι χρῆσθαι[4]), μήτε παντευχίαις, μηδ' ἀλκῇ σωμάτων τὰς ἑαυτῶν ἐξάπτειν ἐλπίδας, τὸν δ' ἐπὶ πάντων εἰδέναι θεὸν, παντὸς ἀγαθοῦ δοτῆρα καὶ αὐτῆς νίκης· ᾧ καὶ τὰς ἐνθέσμους προσήκειν ἀποδιδόναι εὐχὰς, ἄνω μὲν αἴροντας εἰς οὐρανὸν μετεώρους τὰς χεῖρας, ἀνωτάτω δ' ἐπὶ τὸν οὐράνιον βασιλέα τοὺς τῆς διανοίας παραπέμποντας ὀφθαλμοὺς, κἀκεῖνον ταῖς εὐχαῖς νίκης δοτῆρα καὶ σωτῆρα, φύλακά τε καὶ βοηθὸν ἐπιβοωμένους. Καὶ τῆς εὐχῆς δὲ τοῖς στρατιωτικοῖς ἅπασι διδάσκαλος ἦν αὐτὸς, Ῥωμαίᾳ γλώττῃ τοὺς πάντας ὧδε λέγειν ἐγκελευσάμενος[5]).

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κ'.

Εὐχῆς ῥήματα, στρατιώταις ὑπὸ Κωνσταντίνου δοθείσης.

„Σὲ μόνον οἴδαμεν θεόν· σὲ βασιλέα γνωρίζομεν· σὲ βοηθὸν ἀνακαλούμεθα· παρὰ σοῦ τὰς νίκας ἠράμεθα· διὰ σοῦ κρείττους τῶν ἐχθρῶν κατέστημεν· σοὶ τὴν τῶν ὑπαρξάντων ἀγαθῶν χάριν γνωρίζομεν· σὲ καὶ τῶν μελλόντων ἐλπίζομεν·

---

locis adsunt, inveniantur, sive non inveniantur. Vid. Homer. Iliad. VIII, 489 sqq.:

Τρώων δ' αὖτ' ἀγορὴν ποιήσατο φαίδιμος Ἕκτωρ,
νοσφὶ νεῶν ἀγαγὼν ποταμῷ ἔπι δινήεντι,
ἐν καθαρῷ· ὅθι δὴ νεκύων διεφαίνετο χῶρος.

XXIII, 58 sqq.:

Πηλείδης δ' ἐπὶ θινὶ πολυφλοίσβοιο θαλάσσης
κεῖτο βαρυστενάχων, πολέσιν μετὰ Μυρμιδόνεσσιν,
ἐν καθαρῷ, ὅθι κύματ' ἐπ' ἠϊόνος κλύζεσκον·

Ad quem locum recte *Köppenius* haec observat: „ἐν καθαρῷ, — — *an einem Orte, wo keine Baracken standen, loco puro et patente, wie Livius* (XXIV, 14.) *spricht, folglich auch, unter freyem Himmel.*" Cf. I, 53. πυλῶν ἐκτὸς ἐπὶ καθαρῷ πεδίῳ τὰς — συγκροτήσεις τῶν λαῶν ποιεῖσθαι, ubi ἐπὶ κ. π. Val. vertit: „in *aperta planicie*" Stroth.: „*auf freyem Felde.*" III, 35. Διέβαινε δ' ἑξῆς ἐπὶ παμμεγέθη χῶρον, εἰς καθαρὸν αἴθριον ἀναπεπταμένον locum, *libero patentem coelo*, interprete Val., *der unter freyem Himmel gelegen war*, Strothio. IV, 59.] — 4) Μήτε γὰρ δόρασι χρῆσθαι. In panegyrico Eusebii ubi haec iisdem verbis leguntur, rectius scribitur χρῆναι, quod interpres non animadvertit. — 5) [Τῆς εὐχῆς — ἐγκελευσάμενος. Vid. *Augusti* Denkwürdigkeiten aus der christlichen Archaeologie T. V. p. 195 sq. Ceterum Constantinum milites gentiles (τοῖς μηδέπω τοῦ θείου λόγου μετασχοῦσι) ad preces adigentem imitatus est peius etiam imperator Constantius, milites gentiles exercitus sui in bello contra Magnentium vi ad baptismum compellens. Vid. Theodoret. H. E. IV, 3. *Schröckh* christliche KG. T. V. p. 101 sq. *Augusti* l. l. T. VII. p. 124 sq. Cf. *Balduini* Constantinus M. p. 95 sq.]

σοῦ πάντες ἱκέται γινόμεθα· τὸν ἡμέτερον βασιλέα Κωνσταντῖνον, παῖδάς τε αὐτοῦ θεοφιλεῖς, ἐπὶ μήκιστον ἡμῖν βίου, σῶον καὶ νικητὴν φυλάττεσθαι ποτνιώμεθα.“ Τοιαῦτα κατὰ τὴν τοῦ φωτὸς ἡμέραν ἐνομοθέτει πράττειν τὰ στρατιωτικὰ τάγματα, καὶ τοιαύτας ἐδίδασκεν ἐν ταῖς πρὸς θεὸν εὐχαῖς ἀφιέναι φωνάς.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΑ'.

Ἐν τοῖς στρατιωτῶν ὅπλοις σημεῖα τοῦ σταυροῦ τοῦ σωτῆρος.

Ἤδη δὲ καὶ ἐπ' αὐτῶν τῶν ὅπλων[1]), τὸ τοῦ σωτηρίου τροπαίου σύμβολον κατασημαίνεσθαι ἐποίει· τοῦ τε ἐνόπλου στρατοῦ[2]) προπομπεύειν, χρυσῶν μὲν ἀγαλμάτων[3]) ὁποῖα πρότερον αὐτοῖς ἔθος ἦν, τὸ μηδὲν, μόνον δὲ τὸ σωτήριον τρόπαιον.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΒ'.

Σπουδὴ*) προσευχῆς, καὶ τιμὴ τῆς τοῦ πάσχα ἑορτῆς.

Αὐτὸς δ' οἷά τις μέτοχος ἱερῶν ὀργίων[1]), ἐν ἀποῤῥήτοις εἴσω τοῖς αὐτοῦ βασιλικοῖς ταμείοις, καιροῖς ἑκάστης ἡμέρας

Cap. XXI. 1) Ἐπ' αὐτῶν τῶν ὅπλων. Idem scribit Sozomenus in lib. I. c. 7. τοὺς δὲ στρατιώτας προσεθίζων ὁμοίως αὐτῷ τὸν θεὸν σέβειν, τὰ τούτων ὅπλα τῷ συμβόλῳ τοῦ σταυροῦ κατεσήμαινε. Quae quidem Sozomeni verba ex Eusebio desumpta esse nemo non videt. Porro ὅπλων nomine scuta intelligo, in quibus salutare crucis signum depingi iusserat Constantinus. Certe in notitia imperii Romani huiusmodi scuta visuntur, in quibus signum crucis diversis modis expressum est. Sed et Prudentius in libro contra Symmachum idem testatur his versibus:

Christus purpureum stellanti pictus in auro
Signabat labarum: clypeorum insignia Christus
Pinxerat.

— 2) Τοῦ τε ἐνόπλου σταυροῦ. Lego στρατοῦ, ut legisse videtur interpres. Causam erroris praebuisse videtur compendiaria scribendi forma. Nam cum librarius scripsisset στρου, imperitus exscriptor id significare credidit σταυροῦ. [Pro ἐνόπλου Ion. ἐν ὅπλοις Cast. εὐόπλοις.] — 3) Χρυσῶν μὲν ἀγαλμάτων. Ante haec verba codex Fuketii et Turnebi duas voculas addunt hoc modo: τὰ τῶν χρυσῶν etc. Et in sequente linea post vocem τὸ μηδὲν, iidem codices et Savilianus addunt verbum ἡγεῖσθαι. Sed vulgata lectio longe praestat. [Pro ὁποῖα πρότερον Cast. οὐχ οἷα πρότερον.]

Cap. XXII. *) Ὅπου δὴ προσευχῆς. Huius capitis titulum feliciter mihi videor emendasse σπουδὴ προσευχῆς. In hoc enim capite agit Eusebius de studio precandi, quo Constantinus imperator ardebat. Causam

τακτοῖς ἑαυτὸν ἐγκλείων, μόνος μόνῳ τῷ αὐτοῦ προσωμίλει Θεῷ, ἱκετηρικαῖς τε δεήσεσι γονυπετῶν, κατεδυσώπει ὧν ἐδεῖτο τυχεῖν· ταῖς δὲ τῆς σωτηρίου ἑορτῆς[2]) ἡμέραις ἐπιτείνων τὴν ἄσκησιν, πάσῃ ῥώμῃ ψυχῆς καὶ σώματος θείας ἱεροφαντίας ἐτελεῖτο[3]), ὧδε δὴ τοῖς πᾶσι[4]) τῆς ἑορτῆς ἐξάρχων. Τὴν δ' ἱερὰν διανυκτέρευσιν μετέβαλλεν εἰς ἡμερινὰ φῶτα[5]), κηροῦ κίονας[6]) ὑψηλοτάτους καθ' ὅλης ἐξαπτόντων τῆς πόλεως τῶν

errori dedit antiquariorum consuetudo, qui in titulis capitum perscribendis primam literam omittere solebant, ut eam posthac per otium miniato colore depingerent. Certe in schedis Regiis prima tituli litera semper omissa est. In codice autem Fuketii interdum additur, interdum omittitur. Exempli gratia titulus huius capitis, tum in Fuk. codice, et in schedis Regiis ita conceptus est: ποῦ δεῖ προσευχῆς omissa prima littera; quam codex Fuk. in corpore libri ita supplet: ὅπου δεῖ etc. male et sine ullo sensu, ut apparet. — 1) [*Οἷα* — *ὀργίων*. Vid. Excurs. III. Paulo post εἴσω τῶν αὐτοῦ βασιλικῶν ταμιείων Cast.] — 2) [*Τῆς σωτηρίου ἑορτῆς* i. e. τῆς τοῦ πάσχα ἑορτῆς ut legitur in cap. inscriptione. Vid. *Wernsdorf.* de religione pasch. Const. M. p. IX. not. 3.] — 3) *Θείας ἱεροφαντείας ἐτελεῖτο*. Christophorsonus vertit: *divinos sacrorum ritus obibat.* Musculus vero ita verterat: *sacras caeremonias expediebat.* Sed neuter eorum vidit locum hunc corruptum esse. Lego igitur ἱεροφαντίας ἐτέλει. [Ita scripsit Zimm. Vertit autem Valesius: *„pontificis atque hierophantae munere fungebatur“* et Strothius: *„verrichtete — die göttlichen Religions-Handlungen.“*] Constantinum enim comparat antistiti et hierophantae, unde statim subiicit οὕτω μὲν οὖν τῷ ἑαυτοῦ ἱερᾶτο Θεῷ; additque Constantinum se pro episcopo gessisse, idque nomen sibi adscivisse praesentibus episcopis. [Cf. Excurs. III.] — 4) *Ὧδε δὲ τοῖς πᾶσι.* In Fuk. codice ὧδε δή. Lego σπουδῇ τοῖς πᾶσι τῆς ἑορτῆς ἐξάρχων. Sic supra cap. 17. σπουδῇ ἐξάρχων αὐτὸς τῶν ἔνδον ἐκκλησιαζομένων. — 5) [*Τὴν δ' ἱερὰν διανυκτέρευσιν* — *φῶτα*. Ipsum pervigilium paschatis etsi Eusebius non disertis verbis illud dicat, more Christianis consueto celebrasse probabiliter Constantinum una cum ταῖς τῆς σωτηρίου ἑορτῆς ἡμέραις, recte animadvertit *E. F. Wernsdorf.* de Constant. M. rel. pasch. p. 15. cf. p. 12—14. Euseb. V. C. IV, 29. Quid? quod eodem *Wernsdorfio* l. l. p. 16. cf. p. 10 sq. iudice in ipsius penetralibus palatii (cf. Eus. l. l. IV, 17.) festum paschatis celebrans Constantinus *„non solum preces et hymnorum modos fidelibus aulicis praeivisse, verum etiam lectionem atque interpretationem evangeliorum suscepisse, immo etiam forte concionatus fuisse existimandus est.“* Cf. IV, 29. *Ge. Henr. Goetze* princeps concionator seu de concionatoribus illustribus §. XVI. Annaberg. 1700.] — 6) *Κηροῦ κίονας*. Christiani in vigilia festi paschalis maximam cereorum copiam accendebant. Quod cum intra ecclesiam duntaxat facerent, Constantinus etiam extra ecclesiam cereos passim accendi iussit, in honorem tantae festivitatis. Cumque in magnis civitatibus noctu lumina accendi solerent in compitis, ut notavi ad lib. XIV. Amm. Marcellini, Constantinus ea nocte multo plures ac maiores cereos voluit accendi, ut gentilium animos ad Christianae religionis venerationem perduceret. Porro columnae illae cereae, quas hic memorat Eusebius, cereum paschalem optime designant, quem in vigilia paschali accendere solemus: de quo singularem librum scripsit Barnabas Brissonius. Gregorius Naz. in oratione XIX. τὸ ἅγιον πάσχα καὶ περιβόητον, ἡ βασίλισσα τῶν ἡμερῶν ἡμέρα· καὶ ἡ λαμπρὰ νὺξ, λύουσα τὸ σκότος τῆς ἁμαρτίας, καθ' ἣν ἡμεῖς ὑπὸ πλουσίῳ φωτὶ τὴν σωτηρίαν ἡμῶν αὐτῶν ἑορτάζομεν. Et in oratione II. de pascha pag. 676. ait in vigilia paschae lumina, tum privatim, tum publice accendi solita, adeo

ἐπὶ τούτῳ τεταγμένων· λαμπάδες δ' ἦσαν πυρὸς 7), πάντα φωτίζουσαι τόπον, ὡς λαμπρᾶς ἡμέρας τηλαυγεστέραν τὴν μυστικὴν διανυκτέρευσιν ἀποτελεῖσθαι. Διαλαβούσης δὲ τῆς ἕω, τὰς σωτηρίους εὐεργεσίας μιμούμενος, πᾶσιν ἔθνεσιν λαοῖς τε καὶ δήμοις, τὴν εὐεργετικὴν ἐξήπλου δεξιὰν 8), πλούσια πάντα τοῖς πᾶσι δωρούμενος.

---

ut nox illa ob frequentiam luminum, quae omnis aetas ac dignitas accendebat, clarissima redderetur. Merito igitur Gaudentius Brixiensis noctem illam splendidissimam appellat, et Zeno Veronensis in serm. I. ad Neophytos. [Add. Euseb. H. E. VI, 9. T. II. p. 168. Gregor. Naz. orat. XLII. p. 676. Gregor. Nyss. orat. IV. p. 867. Socrat. H. E. VII, 5. Cyrill. Hieros. procatech. c. XV. Prudentii cathemerin. v. 27. v. 137 sqq. v. 145 sqq.

Credas stelligeram desuper aream
Ornatam geminis stare Trionibus,
Et qua Bosporeum temo regit iugum,
Passim purpureos spargier Hesperos.

Muratori dissert. XVII. de veterum Christianorum sepulcris in Anecdd. T. I. p. 185. *Clampin.* de veter. monim. T. I. c. 17. Valesius ad Euseb. H. E. II, 17. T. I. p. 149. *Salig.* de diptychis veterum p. 175. *E. F. Wernsdorf.* de Constantini M. relig. pasch. p. XVIII sqq. *Tzschirner.* de sacris eccles. nostrae publ. caute emendandis comment. II. p. XXIV sqq. *Augusti* Denkwürdigkeiten T. I. p. 162 sqq. T. II. p. 216 sqq. T. IV. p. 192.** T. VII. p. 171 sq. et quos hic V. D. laudat.] — 7) *Λαμπάδες δὲ πυρός.* Haec verba Musculus quidem ita accepit, quasi esset expositio praecedentium κηροῦ κιόνας. Christophorsonus vero lampadas distinxit a columnis illis cereis; quem nos etiam secuti sumus. Graeci λαμπάδας proprie vocant quas Latini tedas, ut docet Pollux in lib. X. cap. 26. πάνος μέντοι, καὶ φανὸς ἡ λάμπας· ὡς ὅταν φῇ ἐν τῇ Ἀλκμήνῃ Εὐριπίδης· πόθεν δὲ πεύκης φανὸν ἐξεῦρες λαβεῖν. Καὶ γὰρ δᾷδες, καὶ λαμπάδες εἰσὶ τῶν πυρφόρων, τὰς μέντοι λαμπάδας, καὶ κάμακας εἴρηκεν ἐν ξαντρίαις Αἰσχύλος. Sic enim scribendum est, non ἐξαντρίαις ut vulgo legitur. Hinc certamen apud Graecos λαμπαδηδρομία, ab iis facibus ita dictum. Sumitur etiam λάμπας a Graecis pro lucerna, ut in Matthaei cap. XXV. eodem modo quo φανὸς tam pro teda accipitur, quam pro lucerna. — 8) *Ἐξήπλου δεξιάν.* Notandus est hic Eusebii locus de eleemosyna paschali, quam Constantinus quotannis erogare consueverat, in memoriam beneficii quod Christus per illos dies contulit generi humano. Solebant olim veteres Christiani festo paschae die stipem pauperibus erogare: idque non solum laici, verum etiam clerici studiose praestabant. Qua de re illustris est locus Commodiani in lib. II. institutionum cap. 75.

Congruit in pascha, die felicissimo nostro,
Laetentur et illi qui postulant sumpta diurna.
Erogetur eis quod sufficit, vinum et esca.
Respicite fontem quo memorentur ista pro vobis.
Immodico sumptu deficitis Christo donare.
Cum ipsi non facitis, quo modo suadere potestis
Iustitiam legis talibus? vel semel in anno.
Sic multos urget blasphemia saepe de vobis.

Alloquitur Commodianus clericos, ut patet ex titulo carminis, et ex primis singulorum versuum literis, monetque illos, ut saltem die paschae stipem pauperibus erogent. Increpat etiam illos, quod ob nimiam vivendi mollitiem nihil ipsis suppetat, quod pauperibus erogent. Id enim significat hic versus:

Immodico sumptu deficitis Christo donare.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΓ'.

Ὅπως εἰδωλολατρίαν μὲν ἐκώλυσε, μάρτυρας δὲ καὶ ἑορτὰς ἐτίμα.

Οὕτω μὲν οὖν αὐτὸς τῷ ἑαυτοῦ ἱερᾶτο θεῷ[1]). *Καθόλου δὲ τοῖς ὑπὸ τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ δήμοις τε καὶ στρατιωτικοῖς, πύλαι ἀπεκλείοντο εἰδωλολατρίας, θυσίας τε τρόπος ἀπηγορεύετο πᾶς*[2])· *καὶ τοῖς κατ' ἔθνος δ' ἄρχουσιν, ὁμοίως τὴν κυριακὴν ἡμέραν νόμος ἐφοίτα γεραίρειν· τῷ νεύματι βασιλέως*[3]) *καὶ μαρτύρων ἡμέρας ἐτίμων, καιροὺς θ' ἑορτῶν ἐκκλησίαις*[4]) *ἐδόξαζον, πάντα τε βασιλεῖ καταθυμίως τὰ τοιαῦτα ἐπράττετο.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΔ'.

Ὅτι τῶν ἔξω πραγμάτων ὥσπερ ἐπίσκοπον ἑαυτὸν εἶπεν εἶναι.

Ἔνθεν εἰκότως αὐτὸς ἐν ἑστιάσει ποτὲ δεξιούμενος ἐπισκόπους, λόγον ἀφῆκεν, ὡς ἄρα εἴη καὶ αὐτὸς ἐπίσκοπος, ὧδέ πη αὐτοῖς εἰπὼν ῥήμασιν ἐφ' ἡμετέραις ἀκοαῖς· „ἀλλ' ὑμεῖς

De eadem eleemosyna paschali Anastasius in vita Hadriani papae loquitur his verbis: *Simulque et in balneo iuxta eandem ecclesiam sito, ubi fratres nostri Christi pauperes, qui ad accipiendam eleemosynam in paschali festivitate annue occurrere et lavari solebant.* [Plura vide apud *Wernsdorfium* l. l. p. 20 sqq. Cf. *Augusti* Denkwürdigkeiten T. II. p. 230 sqq.]

Cap. XXIII. 1) [*Οὕτω οὖν — θεῷ.* Val. vertit: „Hoc igitur modo ipse deo suo *sacra faciebat*" Strothius: „*So vertrat er also selbst Priester-Stelle bey seinem Gott.*" Vid. cap. XXII. not. 3.] — 2) *Θυσίας τε τρόπος ἀπηγορεύετο πᾶς.* Haec benigne interpretanda sunt. Constat enim sacrificia gentilium a Constantino Magno non fuisse nominatim prohibita, ut diserte docet Libanius in oratione pro templis. Privata quidem et domestica sacrificia Constantinus lege lata prohibuit, ut patet ex codice Theodosiano de maleficis et mathematicis, et ex lege prima de paganis. Sed publica ac solemnia quae a maioribus instituta fuerant, non inhibuit. Idem repetit Eusebius cap. 25. [Cf. Vales. ad II, 43. et quae ipse contra eum animadverti ad h. l. Pro *ἀπηγορεύετο* Cast. *ἀπήγορευτο.*] — 3) *Τῷ νεύματι βασιλέως.* Scribendum est *οἱ τῷ νεύματι βασιλέως*, supple *ἄρχοντες.* Male in editione Roberti Stephani post vocem *βασιλέως* punctum apponitur, cum post verbum *γεραίρειν* ponendum sit, ut habetur in codice Regio, et in schedis. — 4) [*Ἐν ἐκκλησίαις* Cast. Zimm., male. Recte vertit Strothius: „*und verherrlichten die Festtage durch öffentliche Versammlungen*" falso Val.: „*et ecclesiasticarum festivitatum tempora debito honore prosequebantur.*" Paulo post pro *καταθυμίως* Cast. *καταθυμία.* Cf. IV, 71. *τὰ καταθυμία τῷ βασιλεῖ πληροῦντες.*]

μὲν τῶν εἴσω τῆς ἐκκλησίας, ἐγὼ δὲ τῶν ἐκτὸς ὑπὸ θεοῦ καθεσταμένος, ἐπίσκοπος ἂν εἴην[1])." Ἀκόλουθα δ' οὖν τῷ λόγῳ διανοούμενος, τοὺς ἀρχομένους ἅπαντας ἐπεσκόπει, προὔτρεπέ τε, ὅση περ ἂν ἡ δύναμις, τὸν εὐσεβῆ μεταδιώκειν βίον.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΕ'.

Ὅτι περὶ κωλύσεως θυσιῶν καὶ τελετῶν καὶ μονομαχιῶν, καὶ τῶν τοπρὶν ἀκολάστων τοῦ Νείλου.

Ἔνθεν εἰκότως ἐπαλλήλοις τε νόμοις καὶ διατάξεσι τοῖς πᾶσι διεκελεύετο, μὴ θύειν εἰδώλοις, μὴ μαντεῖα περιεργάζεσθαι[1]), μὴ ξοάνων ἐγέρσεις ποιεῖσθαι, μὴ τελετὰς κρυφίους ἐκτελεῖν[2]), μὴ μονομάχων[3]) μιαιφονίαις μολύνειν τὰς πόλεις. Τοῖς δὲ κατ' Αἴγυπτον αὐτήν τε τὴν Ἀλεξάνδρειαν, τὸν παρ' αὐτοῖς ποταμὸν δι' ἀνδρῶν ἐκτεθηλυμένων[4]) θεραπεύειν ἔθος

Cap. XXIV. 1) [Ἀλλ' ὑμεῖς — εἴην. Vid. Excurs. IV.]

Cap. XXV. 1) *Μὴ μαντεῖα περιεργάζεσθαι.* Male interpres vertit: *ne oracula curiose sectarentur.* Iam dudum enim oracula daemones edere desierant. Itaque superflua erat lex Constantini, qui oracula scrutari vetuisset. Malim igitur hic intelligere vates, hariolos, mathematicos et aruspices, quos consulere vetuit Constantinus lege 1 et 2. codice Theod. de maleficis et mathematicis. [Hanc ipsam legem respiciens probabiliter Val., verba μὴ μαντεῖα περιεργάζεσθαι vertit: „*ne vates curiose consulerent.*" Contra Stroth.: „*sich mit Wahrsagereyen zu befassen.*" Quae quidem interpretatio non solum linguae usui magis convenire videtur sed etiam commendari loco II, 45., ubi Eusebius lege vetuisse refert Constantinum μαντείαις καὶ ταῖς ἄλλαις περιεργίαις ἐπιχειρεῖν quod ipse Val. interpretatur: „*divinationes* et huiusmodi vanas artes *attentare*" et Stroth.: „*Wahrsagereyen* und andre eitle Dinge *anzustellen.*" Cf. not. 2. Inde vero quod tacuit Eusebius eam Constantini legem qua nec consulere vates liceret, minime sequi apparet, Constantinum hanc legem plane non dedisse.] — 2) [*Μὴ τελετὰς κρυφίους ἐκτελεῖν* Val. interpretatur: „*arcana sacra peragerent*" et Stroth.: „*geheime Einweihungen zu vollziehen.*" Ex quo quidem Constantinum credas lege sanxisse, ne quis ipse alios sacris in posterum initiaret eodem modo quo sacrificare adhuc quemquam, vaticinandi artem profiteri et imagines erigere noluit. Sed Strothius ad h. l. haec adiecit: „*D. i.* s i c h *zu Mysterien, oder gewissen geheimen gottesdienstlichen Gebräuchen, Feyern, und Lehren, zu welchen — nur die Eingeweihten zugelassen wurden,* e i n w e i h e n   l a s s e n." Et sane certe ambigua videtur illa locutio. Cf. Sozomen. H. E. I, 8. καὶ τοῦ λοιποῦ θύειν ἀπείρητο πᾶσιν, ἢ μαντείαις καὶ τ ε λ ε τ α ῖ ς κ ε χ ρ ῆ σ θ α ι, ἢ ξόανα ἀνατίθεσθαι ἢ Ἑλληνικὰς ἄγειν ἑορτάς. Ubi verba ἢ — κεχρῆσθαι Val. vertit: „neve vates consulerent, aut *mysteriis initiarentur.*" Praeterea vide quae de τελεταῖς docte disputavit *Salmasius* ὁ πάνυ in nott. ad Spartian. p. 32 sqq.] — 3) [Μὴ μονομάχων — πόλεις. Vid. *Gothofredus* ad cod. Theodos. de gladiator. l. I. *Balduin.* Constantinus M. p. 134 sqq. *Stäudlin* Geschichte der Sittenlehre Jesu T. III. p. 385 sqq. Cf. Theodoret. H. E. V, 26.] — 4) Τὸν παρ' αὐτοῖς ποταμὸν δι' ἀνδρῶν ἐκτεθηλυμένων

ἔχουσι, νόμος ἄλλος κατεπέμπετο, πᾶν τὸ τῶν ἀνδρογύνων

θεραπεύειν. Apud Aegyptios androgyni erant Nili sacerdotes, ut docet Gregorius Naz. in II. invectiva contra Iulianum: ἐν σου μόνον Αἰδέσημον, αἱ παρ' Αἰγυπτίοις δι' ἀνδρογύνων τιμαὶ τοῦ Νείλου. Idem in carmine ad Nemesium:

Γαλλαίης Κυβέλης ὀλολύγματα, ὅσσα τε Νεῖλον
καρποδότην τίουσιν ἐν αἴσχεσιν ἀνδρογύνοισιν.

Quare eleganter idem Gregorius in oratione quam scripsit in sancta lumina Epiphaniorum, ait Aegyptios hoc facto Nilum contumelia potius quam honore affecisse. De eodem Aegyptiorum ritu locus est illustris in oratione Libanii pro templis, qui quoniam ad institutum nostrum plurimum facit, nec ab interprete intellectus est, hic meretur adscribi: οὐ τοίνυν τῇ Ῥώμῃ μόνον ἐφυλάχθη τὸ θύειν, ἀλλὰ καὶ τῇ τοῦ Σαράπιδος, τῇ πολλῇ καὶ μεγάλῃ, καὶ πλῆθος κεκτημένῃ νεῶν, δι' ὧν κοινὴν ἁπάντων ἀνθρώπων ποιεῖ τὴν τῆς Αἰγύπτου φοράν, αὐτὴ δὲ ἔργον τοῦ Νείλου· τὸν Νεῖλον δὲ, ἑστιᾷ ἀναβαίνειν ἐπὶ τὰς ἀρούρας πείθοντα, ὧν οὐ ποιουμένων ὅτε τε χρὴ, καὶ παρ' ὧν, οὐδ' ἂν αὐτὸς ἐθελήσειεν. Ἃ μοι δοκοῦσιν εἰδότες οἱ καὶ ταῦτα ἂν ἡδέως ἀνελόντες, οὐκ ἀνελεῖν, ἀλλ' ἀφεῖναι τὸν ποταμὸν εὐωχεῖσθαι τοῖς παλαιοῖς νομίμοις, ἐπὶ μισθῷ τῷ εἰωθότι. *Nec vero Romae solum sacrificia permissa sunt, verum etiam magnae illi et populosae urbi Sarapidis, et templorum multitudine refertae, quorum ope communem cunctis hominibus reddit Aegypti ubertatem. Porro haec ubertas donum est Nili. Nilum autem epulo excipiunt, utque in arva ascendat invitant sacra illa, quae nisi stato ac solemni tempore, et ab iis qui ad hoc constituti sunt, facta fuerint, nec ipse Nilus unquam ascendere et exundare voluerit. Quod cum probe intelligerent ii, qui haec quoque sacra libentissime sustulissent, tamen ea abolere consulto noluerunt. Sed fluvium illum ex more institutoque maiorum, epulo excipi passi sunt, quippe qui magnam mercedem rependeret, frugum scilicet ubertatem.* Ex hoc Libanii loco manifeste apparet, hos Nili sacerdotes androgynos sublatos non fuisse a Constantino, vel certe si sublati sunt, paulo post restitutos fuisse. [Cf. *Selden.* de diis Syris syntagm. I. cap. 4: p. 147. *Davisius* ad Max. Tyr. dissert. XXXI, 7. T. II. p. 113. ed. Reisk. Verba autem δι' ἀνδρῶν ἐκτεθηλυμένων Val. vertit: „hominum *effeminatorum*" et Stroth.: „*verweibte* Männer", his adiectis: „*bald darauf werden sie* ἀνδρόγυνοι *genannt. Ob würkliche Hermaphroditen oder vielmehr Leute, die ihre Körper zum unnatürlichen Gebrauch Preis gaben, (denn das Wort* ἀνδρόγυνος *bedeutet auch einen* αἰσχρῶς καὶ ποιοῦντα καὶ πάσχοντα) *zu verstehen sind, überlasse ich andern zu untersuchen.* Cousin *der sich immer gut zu helfen weiss, hat die ganze Stelle tout court übersetzt: Constantin fit une loi, par la quelle il défendit absolument cette profanation de la nature.*" Sed verba τῶν ἀνδρογύνων nonnisi posteriori sensu quem Strothius indicavit, id est, de hominibus impuris et turpiorum voluptatum studiosis ab Eusebio dicta esse, id quod ipse *Cousin* sibi voluisse videtur suo: „*cette profanation de la nature*", si non praecedentia ἀνδρῶν ἐκτεθηλυμένων non minus ambigua, docent certe sequentia τοὺς τὴν ἀσέλγειαν ταύτην νενοσηκότας, qui huiusmodi *impudicitiae* morbo laborassent, ut recte vertit Val., die an dieser *Liederlichkeit* kranken, ut interpretatur Stroth., et οἱ τῇ σφῶν βδελυρίᾳ (obscoenitate) τὰς πόλεις μιαίνοντες, denique ad finem cap. μιαροὺς ἄνδρας, *impuros* homines. Nam haec omnia de androgynis qui proprie ita dicuntur, cum hi quidem ut tales, omni culpa careant, Eusebius dicere nullo pacto poterat. Cf. quae annotavi III, 55. et *Jortin* Anmerkungen über die Kirchenhistorie T. III. p. 229.: „*Was konnte die Ursache seyn, warum die Egipter ihren liebsten Gott auf diese lächerliche und garstige Art verehrten? Ich will meine Muthmassung deswegen anführen: Quum multi Dii pa-*

γένος ὥσπέρ τι κίβδηλον, ἀφανὲς γίγνεσθαι τοῦ βίου, μηδ' ἐξεῖναί ποι ὁρᾶσθαι τοὺς τὴν ἀσέλγειαν ταύτην νενοσηκότας. Ἐπεὶ δ' ὑπέλαβον οἱ δεισιδαίμονες, μηκέτι τὸν ποταμὸν ῥεύσειν αὐτοῖς συνήθως, πᾶν τοὐναντίον ἢ προσεδόκησαν θεὸς τῷ βασιλέως συμπράττων νόμῳ κατειργάζετο· οἱ μὲν γὰρ οὐκ ἔτι ἦσαν, οἱ τῇ σφῶν βδελυρίᾳ τὰς πόλεις μιαίνοντες, ὁ δὲ ὡσανεὶ καθαρθείσης αὐτῷ τῆς χώρας, ἐφέρετο οἷος οὐδέ ποτε, ἀνέβαινέ τε πλουσίῳ τῷ ῥεύματι, πάσας ἐπικλύζων τὰς ἀρούρας, ἔργῳ παιδεύων τοὺς ἄφρονας, μιαροὺς μὲν ἐκτρέπεσθαι δεῖν ἄνδρας, μόνῳ δὲ τῷ παντὸς ἀγαθοῦ δοτῆρι τὴν τῶν καλῶν ἀνατιθέναι αἰτίαν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κϛʹ.

Νόμου τοῦ κατὰ ἀτέκνων ὄντος διόρθωσις, ἔτι δὲ καὶ τοῦ περὶ διαθηκῶν ὁμοίως διόρθωσις.

Ἀλλὰ γὰρ μυρία τοιαῦτα βασιλεῖ πραχθέντα ἐφ' ἑκάστης ἐπαρχίας, πλείστη γένοιτ' ἂν ῥαστώνη[1]) τοῖς γράφειν αὐτὰ φιλοτιμουμένοις· ὥσπερ οὖν καὶ νόμους οὓς ἐκ παλαιῶν ἐπὶ τὸ ὁσιώτερον μεταβάλλων ἀνενεοῦτο. Καὶ τούτων δ' ἐν ὀλίγῳ ῥᾷον ἐκφῆναι τὸν τρόπον. Τοὺς ἄπαιδας[2]) παλαιοὶ νόμοι

---

ganorum utriusque sexus sive ἀρρενοθήλεις putarentur (vid. Theodoret. H. E. III, 7. Evagr. H. E. I, 11.), *Nilum inter eos fuisse numeratum, minime mirum est. Ille Aegyptum rigat et serit, tanquam mas: eius autem limus sole calefactus et fruges et animalia parit; hoc foemineum. Colebatur itaque vel ab androgynis vel forsan ab impuris nebulonibus, qui muliebria patiebantur.*" De voce *ἀνδρόγυνος* praeterea cf. Plat. sympos. XIV, 3. edit. *Wolf.* *Ἀνδρόγυνος ἐν ὀνείδει ὄνομα κείμενον.* Iustin. M. apolog. II. p. 70. Valer. M. VIII, 4., ubi androgyne est femina animo virili praedita, virago. *Iacobs.* A. P. II, 1. p. 280.].

Cap. XXVI. 1) *Πλείστη γένοιτ' ἂν ῥαστώνη.* Melius, meo quidem iudicio dixisset *εὐπορία.* — 2) *Τοὺς ἄπαιδας.* Vide Sozomenum in lib. I. cap. 9. qui utpote causidicus Byzantini fori, hos legum Rom. nodos clarius explicat quam Eusebius. Videndus quoque est Lipsius in commentario ad lib. III. Annalium Taciti ubi de lege Papia fuse disserit. [Temere Eusebius ut immoderatus coelibatus admirator (vide quae observavi ad Euseb. H. E. II, 17. not. 7. III, 30. not. 1. X, 4. not. 59. p. 248.), inter causas quibus ductus Constantinus legem de mulctandis iis qui coelibes manserint, sustulerit, refert studium Constantini coelibatus commendandi et adiuvandi. Vid. *Balduin.* Constantinus M. p. 197 sq.: „*Olim lex Papia et Iulia castigabat coelibes, atque etiam steriles: ut ne iure quidem communi uti possent. Maritis vero et patribus privilegia multa largiebatur. Huius legis capita, quae multa variaque fuere, alio suo loco collegi. Constantinus vero, etsi eam legem valde Augusto placuisse*

στερήσει τῆς τῶν γονίμων διαδοχῆς ἐτιμωροῦντο· καὶ ἦν οὕτως κατὰ τῶν ἀπαίδων ἀπηνὴς νόμος, ὡσανεὶ πεπλημμεληκότας αὐτοὺς ζημίᾳ κολάζων. Λύσας δὴ συγχωρεῖ [3]) κληρονομεῖν τοὺς προσήκοντας. Τοῦτο βασιλεὺς ἐπὶ τὸ ὅσιον μεθήρμοζε, τοὺς κατὰ γνώμην πλημμελοῦντας εἰπὼν, τῇ προσηκούσῃ δεῖν σωφρονίζειν κολάσει· ἄπαιδας μὲν γὰρ πολλοὺς ἡ φύσις ἀνέδειξεν [4]), εὐξαμένους μὲν πολυπαιδίας εὐτυχῆσαι, στερηθέντας δὲ φύσεως ἀσθενείᾳ· ἄλλοι δ' ἄπαιδες γεγόνασιν, οὐ παραιτήσει παίδων διαδοχῆς, γυναικείας δ' ἀποστροφῇ μίξεως, ἣν σφοδροτάτῳ φιλοσοφίας ἔρωτι προείλοντο· ἁγνείαν δὲ καὶ παντελῆ παρθενίαν γυναῖκες ἱερωσύνῃ θεοῦ καθιερωμέναι μετῆλθον, ἁγνῷ καὶ παναγίῳ βίῳ, ψυχῇ καὶ σώματι, σφᾶς αὐτὰς καθιερώσασαι. Τί οὖν, τιμωρίας ἄξιον τοῦτο, ἢ θαύματος καὶ ἀποδοχῆς ἐχρῆν ἡγεῖσθαι; Ἡ μὲν γὰρ προθυμία, πολλοῦ ἀξία, τὸ δὲ κατόρθωμα, κρεῖττον φύσεως. Τοὺς μὲν οὖν ἀσθενείᾳ φύσεως, παίδων ἐπιθυμίας στερουμένους, ἐλεεῖσθαι, ἀλλ' οὐ τιμωρεῖσθαι προσήκει, τὸν δὲ τοῦ κρείττονος ἐραστὴν, ἄξιον εἶναι ὑπερθαυμάζειν, ἀλλ' οὐ κολάζειν. Οὕτω τὸν νόμον βασιλεὺς σὺν ὀρθῷ λογισμῷ μετερρύθμιζε. Κἄπειτα τῶν τὸν βίον μεταλλαττόντων ὁμοίως, παλαιοὶ μὲν νόμοι, ἐπ' αὐτῆς ἐσχάτης ἀναπνοῆς [5]) ἀκριβολογεῖσθαι ῥημάτων λέξεσι τὰς συν-

---

sciret, sibi tamen non placere ostendit: Liberum coniugum vel coelibatum esse debere: iniustum esse poenas irrogare non solum coelibatui, sed etiam orbitati. — — Non extat in libris iuris civilis haec Constantini constitutio: sed ea extat, quam eius filii, voluntatem prudentissimae patris sui secuti ediderunt: ut quod lex Papia statuerat de poenis coelibum, aboleretur." Cf. *Balduin.* l. l. p. 183 sqq. *de Rhoer.* de effectu religionis Christianae in iurisprudent. Roman. dissert. VI. p. 232. *Iaeger.* ad incerti panegyr. V. 2, 4. *Manso* Leben Constantins p. 215 †) Non satis recte de illa Constantini lege iudicat ipse *Schröckh* christliche KG. T. V. p. 99 sq. Cf. infra cap. XXVIII. Sozom. I, 9. Sequentia τῆς τῶν γονίμων διαδοχῆς *haereditatis patrum* recte interpretatur Val.] — 3) *Λύσας δὴ συγχωρεῖ κληρονομεῖν τοὺς προσήκοντας τοῦτο.* Lego λύσας δὴ τοῦτο βασιλεύς, expunctis quatuor illis vocibus, quae ex margine in textum irrepserunt. Porro haec constitutio imperatoris Constantini extat in lib. VIII. codicis Theodosiani, titulo de infirmandis poenis coelibatus et orbitatis. In codice Fuk. et Sav. pro λύσας δὴ, legitur τελευτῶντας δὲ etc. Quomodo etiam in Scaligeri, Bongarsii et Christophorsoni libris scriptum esse monuerunt typographi Genevenses. Mallem tamen legere ex Sozomeno μὴ συγχωρῶν κληρονομεῖν εἰ μὴ τοὺς ἐγγυτάτω προσήκοντας. — 4) [Ἀπέδειξεν Ion. et mox φύσεως ἀνάγκῃ Cast.] — 5) Ἐξ ἐπ' αὐτῆς ἐσχάτης. Transposita hic sunt vocabula, quae minimo negotio ita restitui possunt ἐπ' ἐσχάτης ἀναπνοῆς ἐξακριβολογεῖσθαι. Porro ea lex Constantini qua prisci iuris morositatem, et verborum formulas in condendis testamentis abolevit, hodie, ni fallor, non extat. Eius tamen fit mentio in lege 3. codice Theod. de testamentis. In codice Fuk. et Sav. deest ἐξ. [Τῷ τυχόντι γράμματι i. e. *quovis* scripto, ut Val. vertit, *mit der ersten der besten*

τελειουμένας διαθήκας, τρόπους δέ τινας καὶ ποίας δεῖ φωνὰς ἐπιλέγεσθαι ὥριζον· καὶ πολλὰ ἐκ τούτων ἐκακουργεῖτο, ἐπὶ περιγραφῇ τῆς τῶν κατοιχομένων προαιρέσεως· ἃ δὴ συνιδὼν βασιλεὺς, καὶ τοῦτον μετεποίει τὸν νόμον, ψιλοῖς ῥηματίοις καὶ ταῖς τυχούσαις φωναῖς τὸν τελευτῶντα δεῖν τὰ κατὰ γνώμην διατάττεσθαι φήσας, κἂν τῷ τυχόντι γράμματι τὴν αὐτοῦ δόξαν ἐκτίθεσθαι, κἂν ἀγράφως ἐθέλῃ, μόνον ἐπὶ μαρτύρων τοῦτο πράττεσθαι ἀξιοχρέων, τὴν πίστιν δυναστῶν σὺν ἀληθείᾳ φυλάττειν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΖ'.

Ὅτι Χριστιανὸν μὲν Ἰουδαίοις μὴ δουλεύειν, τῶν δὲ συνόδων βεβαίους τοὺς ὅρους εἶναι ἐνομοθέτει, καὶ λοιπά.

Ἀλλὰ καὶ Ἰουδαίοις μηδένα Χριστιανὸν ἐνομοθέτει δουλεύειν[1])· μὴ γὰρ θεμιτὸν εἶναι, προφητοφόνταις καὶ κυριοκτό-

---

Art von Schrift, ut Strothius. Idem vero paulo ante ταῖς τυχούσαις φωναῖς minus accurate vertit: „*mit gemeinen Ausdrücken.*" Patet Eusebium hoc significare, Constantinum antiquarum legum morositatem abrogasse, quibus cautum erat ut ne testamenta valerent quae non certis quibusdam et praescriptis formulis et operosis iuris civilis solennitatibus essent concepta (vide verba: παλαιοὶ μὲν νόμοι — — ἐπὶ περιγραφῇ τῆς τῶν κατοιχομένων προαιρέσεως), ideoque praeter alia liberum unicuique reliquisse, in condendis testamentis iis verbis ac formulis uti quae ei in quavis causa aptissima viderentur et statim sese offerrent, ita ut non anxie et aurificis quasi quadam statera examinanda essent. Neque vero verbis plebeiis et de trivio petitis uti et bonos mores violare Constantinus passus est. Quam humanus autem et liberalis fuerit ille hoc in genere nominatim erga milites, docet eius lex in cod. Iustiniani lib. VI. tit. XXI., quae ita refertur: „*Milites in expeditione degentes, si uxores, aut filios, aut amicos commilitones suos, postremo cuiuslibet generis homines amplecti voluerint supremae voluntatis affectu, quomodo possint ac velint, testentur: nec uxorum aut filiorum eorum, cum voluntatem patris reportaverint, meritum aut libertas dignitasque quaeratur. Proinde sicut iuris rationibus licuit, ac semper licebit, si quid in vagina aut clypeo, litteris sanguine suo rutilantibus adnotaverint, aut in pulvere inscripserint gladio suo, ipso tempore quo in proelio vitae sortem derelinquunt, huiusmodi voluntatem stabilem esse oportet.*" Cf. *Balduini* Constantinus M. p. 100 sqq. p. 246 sqq. Nazar. panegyr. c. XXVIII, 4. in panegyr. vett. T. II. p. 109. ed. *Iaeger.*: „Novae leges regendis moribus et frangendis vitiis constitutae. *Veterum calumniosae ambages recisae captandae simplicitatis laqueos perdiderunt.*" Aurel. V. ep. c. XLI. et incerti panegyr. IV, 4. T. I. p. 491. *Manso* Leben Constantins p. 216 sq.]

Cap. XXVII. 1) [Ἰουδαίοις — δουλεύειν. Lapsum hic esse Eusebium, contendit *Gothofredus* ad cod. Theodos. L. XVI. tit. IX. l. 1., cum Constantinus illud tantum lege prohibuerit ne servi Christiani a Iudaeis dominis circumciderentur. Cf. *Balduin.* Constantin. M. p. 216 sq. *Basnage* histoire des Juifs T. VI. p. 14. *Jortin* Anmerkungen über die Kirchen-

νοις, τοὺς ὑπὸ τοῦ σωτῆρος λελυτρωμένους ζυγῷ δουλείας ὑπάγεσθαι· εἰ δ᾽ εὑρεθείη τις τοιοῦτος, τὸν μὲν ἀνεῖσθαι ἐλεύθερον, τὸν δὲ ζημίᾳ χρημάτων κολάζεσθαι. Καὶ τοὺς τῶν ἐπισκόπων δὲ ὅρους[2]) τοὺς ἐν συνόδοις ἀποφανθέντας, ἐπεσφραγίζετο, ὡς μὴ ἐξεῖναι τοῖς τῶν ἐθνῶν ἄρχουσι, τὰ δόξαντα παραλύειν· παντὸς γὰρ εἶναι δικαστοῦ τοὺς ἱερεῖς τοῦ θεοῦ δοκιμωτέρους. Τούτοις ἀδελφὰ μυρία τοῖς ὑπὸ τὴν ἀρχὴν διετύπου· ἃ δὴ σχολῆς ἂν δέοιτο δοῦναι ὑποθέσει οἰκείᾳ, εἰς ἀκριβῆ διάγνωσιν τῆς κἂν τούτοις βασιλικῆς φρονήσεως. Τί χρὴ νῦν διεξιέναι, ὡς τῷ ἐπὶ πάντων συνάψας ἑαυτὸν θεῷ, ἐξ ἑῴας εἰς ἑσπέραν, τίνας εὖ ποιήσειεν[3]) ἀνθρώπων περιενόει, καὶ ὡς πᾶσι μὲν ἴσος ἦν καὶ κοινὸς πρὸς εὐποιΐαν;

---

historia T. III. p. 356 sqq. *Schröckh* christl. Kgsch. T. V. p. 112 sq. *Stäudlin* Geschichte der Sittenlehre Jesu T. III. p. 379 sqq. Pro μὴ γὰρ statim post Ion. μηδὲ γάρ.] — 2) Τοὺς ἐπισκόπων δὲ ὅρους. Extat lex Constantini in calce codicis Theodosiani sub titulo de episcopali audientia, in qua iubet imperator ut sententiae ab episcopo prolatae etiam in causis minorum, vigorem iuris obtineant. Male igitur interpres hoc loco ὅρους *regulas* vertit. Neque enim hic agitur de regulis ecclesiasticis, quae in synodo ab episcopis promulgantur; sed de sententiis inter litigantes prolatis, ut patet ex verbis quae sequuntur. Quinetiam Sozomenus verba Eusebii non aliter intellexit. Sed difficultatem facit, quod Eusebius dixit: ὅρους τοὺς ἐν συνόδοις ἀποφανθέντας. Verum σύνοδος hic pro consessu ecclesiastico ponitur, episcopi scilicet ac presbyterorum. Eandem vocem habet Sozomenus in libro I. cap. 9. ubi de hac lege Constantini loquitur, cuius verba eo libentius adduco, quoties de legibus agitur, quod vir fuit legum Romanarum peritissimus, ut ex eius libris apparet: τῶν δὲ ἐπισκόπων ἐπικαλεῖσθαι τὴν κρίσιν ἐπέτρεψε τοῖς δικαζομένοις, ἢν βούλωνται τοὺς πολιτικοὺς ἄρχοντας παραιτεῖσθαι· κυρίαν δὲ εἶναι τὴν αὐτῶν ψῆφον, καὶ κρείττω τῆς τῶν ἄλλων δικαστῶν, ὡσανεὶ παρὰ τοῦ βασιλέως ἐξενεχθεῖσαν· εἰς ἔργον δὲ τὰ κρινόμενα ἄγειν τοὺς ἄρχοντας, καὶ τοὺς διακονουμένους αὐτοῖς στρατιώτας· ἀμετατρέπτους τε εἶναι τῶν συνόδων τοὺς ὅρους. *Quinetiam episcopale iudicium eligere litigantibus permisit, si saeculares iudices recusare vellent, iussitque ut episcoporum sententia rata esset, non secus ac si ab ipso imperatore fuisset prolata: atque rectores, eorumque officiales, sententias ab episcopis prolatas executioni mandarent: ut denique inconcussa essent et inviolata ecclesiasticorum consessuum iudicia.* Quod si quis συνόδων vocabulo concilia episcoporum velit intelligi, tum ὅροι sententias significabunt adversus noxios sacerdotes et haereticos in synodo prolatas; quas sententias confirmant imperatores in lege II. eodem titulo de episcopali audientia. [Add. *Deyling.* institutt. prudent. pastor. §. XIV. p. 61 sqq. ed. Küstner. *Schmidt* Handbuch der christl. Kgsch. T. III. p. 21. T. V. p. 149 sq. *Kist.* disput. de commutatione quam Constant. M. auctore societ. subiit Christ. p. 68 sq. *Hase* iuris eccles. commentt. historr. partic. I. p. 53 sqq. not. 26. p. 26 sq. not. 38. Cf. 1 Corinth. VI, 1 sqq. *Böhmer.* dissertt. iuris ecclesiast. XII. p. 538 sq. ed. II. *Planck* ad *Spittler.* Grundriss der Geschichte der christlichen Kirche p. 106*. ed. V. *Neander* allgemeine Geschichte der christl. Rel. u. Kirche T. II. P. I. p. 297 sqq.] — 3) [Ποιήσειν Ion.]

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΗʹ.

Ἐκκλησίαις δωρεαὶ, παρθένοις τε καὶ πένησι διαδόσεις.

Ταῖς δ᾽ ἐκκλησίαις τοῦ θεοῦ καθ᾽ ὑπεροχὴν ἐξαίρετον πλεῖσθ᾽ ὅσα παρεῖχεν, ὧδε μὲν ἀγροὺς, ἀλλαχόθι δὲ σιτοδοσίας, ἐπὶ χορηγίᾳ πενήτων ἀνδρῶν, παίδων τ᾽ ὀρφανῶν καὶ γυναικῶν οἰκτρῶν δωρούμενος· ἤδη δὲ σὺν πολλῇ φροντίδι, καὶ περιβλημάτων πλείστων ὅσων γυμνοῖς καὶ ἀνείμοσι προὐνόει· διαφερόντως δ᾽ ἠξιοῦτο τιμῆς πλείονος, τοὺς τὸν σφῶν βίον τῇ κατὰ θεὸν ἀναθέντας φιλοσοφίᾳ· τὸν οὖν πανάγιον τῶν ἀειπαρθένων τοῦ θεοῦ χορὸν, μονονουχὶ καὶ σέβων διετέλει, ταῖς τῶν τοιῶνδε ψυχαῖς ἔνοικον αὐτὸν ὑπάρχειν ᾧ καθιέρωσαν ἑαυτὰς θεὸν πειθόμενος.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΘʹ.

Λογογραφίαι καὶ ἐπιδείξεις ὑπὸ Κωνσταντίνου.

Ναὶ μὴν τὴν αὐτοῦ αὐτὸς διάνοιαν τοῖς ἐνθέοις συναύξων, ἐπαγρύπνως μὲν διῆγε τοὺς τῶν νυκτῶν καιροὺς, σχολῇ δὲ λογογραφῶν [1]), συνεχῶς ἐποιεῖτο τὰς παρόδους [2]), προσήκειν

Cap. XXIX. 1) *Σχολῇ δὲ λογογραφῶν.* Ne quis forse existimet Eusebium nostrum hic assentiri imp. Constantino, idem quoque testatur Victor in epitome his verbis: *Ipse assidue legere, scribere, meditari.* [De voce *λογογραφεῖν* vid. ind. ad Euseb. H. E.] — 2) *Ἐποιεῖτο τὰς παρόδους.* Hanc vocem non intellexit interpres. Sic enim vertit: *Frequentes cum suis inibat congressus*, cum vertendum fuerit: *crebras habebat conciones.* [Stroth. vertit: „*hielt öfters Reden an das Volk.*"] Nam *πάροδον ποιεῖσθαι*, est verba facere, quod Graeci frequentius dicunt *πρόσοδον ποιεῖσθαι.* Sic Isocrates in exordio Areopagitici: *περὶ σωτηρίας τὴν πρόσοδον ἐποιησάμην.* Pausanias in Achaicis pag. 168. editionis Aldinae; et in duobus decretis Deliorum, quae leguntur inter marmora Arundelliana pag. 42 et 43. *εἶναι δὲ αὐτοῖς πρόσοδον πρὸς τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον πρώτοις μετὰ τὰ ἱερά.* Quae sic interpretanda sunt: *Ad senatum quoque et ad populum verba faciendi expletis sacris primi omnium habeant facultatem.* Polybius in lib. IV. pag. 302. *ἔφοδον διδόναι* pro eodem dixit: *οἰόμενοι δεῖν, τῷ τε μαχατᾷ διδόσθαι τὴν ἔφοδον ἐπὶ τοὺς πολλοὺς* etc. Qui locus cum insigni mendo corruptus sit, a nobis obiter emendabitur. Scribe igitur *οἱ μὲν νέοι ᾤοντο δεῖν* etc. Quae emendatio confirmatur sequentibus Polybii verbis. Sequitur enim: *οἱ δὲ ἔφοροι δεδιότες τὴν τῶν νέων συστροφήν.* Et haec quidem de vocis significatione. [Cf. Lucian. Prometh. T. I. p. 33. ed. *Reitz*] Quod vero ad rem ipsam attinet, ab hoc Constantini facto videtur manasse mos imperatorum Byzantinorum, qui conciones catecheticas et de rebus sacris habebant, quae

ἡγούμενος ἑαυτῷ, λόγῳ παιδευτικῷ τῶν ἀρχομένων κρατεῖν, λογικήν τε τὴν σύμπασαν καταστήσασθαι βασιλείαν. Διὸ δὴ συνεκάλει μὲν αὐτὸς, μυρία δ' ἔσπευδεν ἐπ' ἀκρόασιν πλήθη, φιλοσοφοῦντος ἀκουσόμενα βασιλέως. Εἰ δέ πη λέγοντι θεολογίας αὐτῷ παρήκοι καιρὸς, πάντως που ὄρθιος ἑστὼς, συνεστραμμένῳ προσώπῳ, κατεσταλμένῃ τε φωνῇ, μυεῖν ἔδοξεν αὖ[3]) τοὺς παρόντας σὺν εὐλαβείᾳ τῇ πάσῃ τὴν ἔνθεον διδασκαλίαν· εἶτ' ἐπιφωνούντων[4]) βοαῖς εὐφήμοις τῶν ἀκροωμένων, ἄνω βλέπειν εἰς οὐρανὸν διένευε, καὶ μόνον ὑπερθαυμάζειν καὶ τιμᾷν σεβασμίοις ἐπαίνοις τὸν ἐπὶ πάντων βασιλέα. Ὑποδιαιρῶν δὲ τὰς ὑποθέσεις, τοτὲ μὲν τῆς πολυθέου πλάνης ἐλέγχους κατεβάλλετο, παριστὰς ἀπάτην εἶναι καὶ ἀθεότητος πρόβολον, τὴν τῶν ἐθνῶν δεισιδαιμονίαν· τοτὲ δὲ τὴν μόναρχον παρεδίδου θεότητα· διῄει δ' ἐφεξῆς τὸν περὶ προνοίας, τῶν τε καθόλου, καὶ τῶν περὶ μέρους[5]) λόγον· ἔνθεν δὲ ἐπὶ τὴν σωτήριον κατέβαινεν οἰκονομίαν, καὶ ταύτην δεικνὺς ἀναγκαίως κατὰ τὸν προσήκοντα γεγενῆσθαι λόγον· μεταβὰς δ' ἐντεῦθεν, τὴν περὶ τοῦ θείου δικαιωτηρίου διδασκαλίαν ἐκίνει· ἔνθα δὴ μάλιστα τῶν ἀκροατῶν πληκτικώτατα καθήπτετο, διελέγχων τοὺς ἅρπαγας καὶ πλεονέκτας, τούς τ' ἀπληστίᾳ φιλοχρημοσύνης σφᾶς αὐτοὺς ἐκδεδωκότας. Παίων δ' ὥσπερ καὶ διαμαστίζων τῷ λόγῳ τῶν περιεστώτων γνωρίμων τινὰς, κάτω νεύειν πληττο-

---

Silentia dicebantur, ut videre est in glossario Meursii. [Add. *E. F. Wernsdorf.* de Constantini M. relig. paschali p. 17 sq. not. 5. Cf. quae observavi supra ad cap. XXII. not. 5. et ad H. E. VI, 19. T. II. p. 209.] — 3) *Μυεῖν ἔδοξεν αὐτούς.* In codice Fuketiano ac Turnebi legitur *μυεῖν ἐδόκει τοὺς παρόντας.* Rectius, meo quidem iudicio. [Non male Zimm. couiicit *ἂν* pro *αὖ.*] — 4) [*Ἐπιφωνούντων κ. τ. λ.* usque ad *πάντων βασιλέα.* Non multum tribuisse Constantinum talibus acclamationibus et applausui, sed ab omni vanitate atque ambitione alienum, omnes eiusmodi honores sprevisse, haud semel nobis persuadere studet Eusebius. Vid. I, 39. *ὁμοῦ τ' ἄνδρες ἅμα γυναιξὶ καὶ παισὶ καὶ οἰκετῶν μυρίοις πλήθεσι, λυτρωτὴν αὐτὸν, σωτῆρά τε καὶ εὐεργέτην βοαῖς ἀσχέτοις ἐπεφώνουν. Ὁ δ' ἔμφυτον τὴν εἰς τὸν Θεὸν εὐσέβειαν κεκτημένος, μήτ' ἐπὶ ταῖς βοαῖς χαυνούμενος, μήτ' ἐπαιρόμενος τοῖς ἐπαίνοις, τῆς δ' ἐκ Θεοῦ συνῃσθημένος βοηθείας, εὐχαριστήριον ἀπεδίδου παραχρῆμα εὐχὴν τῷ τῆς νίκης αἰτίῳ.* III, 10. p. 160. IV, 48. De laudib. Constant. c. V. *τάς τε τῶν δήμων ἐκβοήσεις, καὶ τὰς τῶν κολάκων φωνὰς, πρὸς ὄχλου τίθεται μᾶλλον ἢ πρὸς ἡδονῆς, διὰ στέῤῥον ἦθος καὶ γνησίαν ψυχῆς παίδευσιν.* Sed plane contrariam fuisse Constantini indolem, omnia testantur (vide praeter alios *Manso* Leben Constantins p. 210 sqq.), neque *συνεστραμμένον πρόσωπον* et *κατεσταλμένη φωνὴ* quam Constantino tribuit Eusebius refutat. Cf. Constant. ad sanctt. coet. c. XI.] — 5) [*Τόν τε καθόλου καὶ τὸν περὶ* (*ἴσως ἐπὶ*) *μέρους* Cast. Mox post *γεγενῆσθαι λόγον* in marg. Ion. adduntur: *τῶν τε πλεονεκτῶν ἑνὶ μνημείου μέτρον ὑπέδειξε πρὸς δυσώπησιν,* quae infra potius inserenda esse monetur, post *ἐκδεδωκότας.* Habentur

μένους τὴν συνείδησιν ἐποίει· οἷς δὴ λαμπραῖς φωναῖς μαρτυρόμενος διεστέλλετο, θεῷ λόγον δώσειν τῶν ἐγχειρουμένων αὐτοῖς[6])· αὐτῷ μὲν γὰρ τὸν ἐπὶ πάντων θεὸν τῶν ἐπὶ γῆς τὴν βασιλείαν παρασχεῖν, αὐτὸν δὲ κατὰ μίμησιν τοῦ κρείττονος, τῆς ἀρχῆς τὰς κατὰ μέρος αὐτοῖς ἐπιτρέψαι διοικήσεις· πάντας γε μὴν τῷ μεγάλῳ βασιλεῖ, κατὰ καιρὸν τὰς εὐθύνας ὑφέξειν τῶν πραττομένων. Ταῦτα συνεχῶς διεμαρτύρετο, ταῦθ᾽ ὑπεμίμνησκε, τούτων διδάσκαλος ἦν. Ἀλλ᾽ ὁ μὲν ἐπιθαῤῥῶν γνησίως τῇ πίστει, τοιαῦτ᾽ ἐφρόνει καὶ διεστέλλετο· οἱ δ᾽ ἄρ᾽ ἦσαν ἀμαθεῖς καὶ πρὸς τὰ καλὰ κεκωφωμένοι[7]), γλώττῃ μὲν καὶ βοαῖς εὐφήμοις ἐπικροτοῦντες τὰ λεγόμενα, ἔργοις δὲ καταλιγωροῦντες αὐτῶν δι᾽ ἀπληστίαν.

---

autem haec eadem verba in titulo sequentis capitis.] — 6) Τῶν ἐγχειρουμένων αὐτοῖς. Post has voces in codice Regio et in editione Rob. Stephani sequuntur haec verba: ὥστ᾽ ἤδη ποτὲ τῶν ἀμφ᾽ αὐτὸν etc. Quae habentur in capite 30. Sed in editione Genevensi nescio quis ad marginem annotavit, ingentem hic lacunam esse, quam Scaliger, Bongarsius, Gruterus, aliique supplent hoc modo: ὥστε ἤδη ποτὲ τῶν ἐπὶ γῆς τὴν βασιλείαν παρασχεῖν τῆς τοῦ κρείττονος ἀρχῆς, τὰς κατὰ μέρος αὐτοῖς ἐπιτρέψαι δίκας, πάντας μὲν τῷ μεγάλῳ etc. Sed primo quidem verba illa ὥστ᾽ ἤδη ποτὲ, expungenda sunt. Nam lacuna, si qua est in hoc loco, incipit ante haec verba ὥστ᾽ ἤδη ποτὲ quae in editione Genevensi perperam repetita cernuntur. Deinde verba illa τῶν ἐπὶ γῆς τὴν βασιλείαν etc. sensu omni carent. Melius itaque in libro Moraei haec lacuna suppletur in hunc modum: πάντας μὲν γὰρ τῷ μεγάλῳ βασιλεῖ, κατὰ καιρὸν τὰς εὐθύνας ὑφέξειν etc. usque ad finem capitis ut in editione Genevensi. In eodem libro rectius legitur: ταῦτα συνεχῶς διεμαρτύρετο. Savilius in inferiori margine libri sui locum hunc ita supplet: ὡς ἤδη . . . τὴν βασιλείαν παρασχεῖν τῇ τοῦ κρείττονος ἀρχῇ, τάς τε κ . . . ἐπιτρέψαι δίκας. Πάντας μὲν γὰρ etc. Ego vero ex ea . . . vestigiis, quae in optimo Fuk. lib. reperi, hunc locum . . . videor restituisse. Igitur codicis Fuk. scriptura haec est . . . αὐτοῖς . . . τὸν ἐπὶ πάντων θεὸν τῶν ἐπὶ γῆς τὴν βασιλ. . . . αὐτὸν δὲ κατὰ μιμήσει τοῦ κρείττονος τῆς ἀρχῆς τὰς κατ . . . ἐπιτρέψαι διοι . . . πάντα . . . μὴν τῶν τῷ βασιλεῖ, κ . . . Quid facilius est, quam has lacunas ita explere αὐτῷ μ . . . πάντων θεὸν etc.? Et paulo post κατὰ μίμησιν τοῦ κρείτ . . . τὰς κατὰ μέρος αὐτοῖς ἐπιτρέψαι διοικήσεις· πάντας γε μ . . . βασιλεῖ etc. Nihil planius, nihil certius. Id est, sibi qu . . . omnium deo traditum esse imperium orbis terrarum, se . . . minis exemplo, partes imperii regendas ipsis distribuiss . . . μαρτυρόμενος quae statim antea legitur, vid. I, 59. not. 1. T. II. p. 158. ed. *Reitz.*] — 7) [Κεκωφωμένοι lon. Vid. lent. T. I. p. 381, 12. Ὅσοι ὀφθαλμοὺς ἢ ὦτα ἐβλάβησαν, οὔτ᾽ ἀκοῦσαι δύνανται — πρὸς πάντα καὶ μικρὰ καὶ μείζω κ . . . οὓς εἰκότως ὁ βίος ἀδυνάτους εἴωθε καλεῖν. Origen. contra C . . . γὰρ ἀνοίγονται ὀφθαλμοὶ τυφλῶν τὴν ψυχήν, καὶ ὦτα τῶν . . . των πρὸς λόγους ἀρετῆς ἀκούει προθύμως περὶ θεοῦ καὶ . . . μακαρίας ζωῆς· πολλοὶ δὲ καὶ χωλοὶ τὰς βάσεις τοῦ — ἴσω ἀνθ . . . *Suicer.* thes. T. II. p. 203. Mox pro ἐπικροτοῦντες Cast. mal . . . et δι᾽ ἀπληστίας pro δι᾽ ἀπληστίαν.]

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Λ'.

Ὅτι τῶν πλεονεκτῶν ἑνὶ μνημείου μέτρον ὑπέδειξε πρὸς δυσώπησιν.

Ὥστ' ἤδη ποτὲ τῶν ἀμφ' αὐτὸν τινὸς ἐπιλαβόμενον φᾶναι· „καὶ μέχρι τίνος, ὦ οὗτος, τὴν ἀπληστίαν ἐκτείνομεν;“ Εἶτ' ἐπὶ γῆς μέτρον ἀνδρὸς ἡλικίας ἐγχαράξας τῷ δόρατι ὃ μετὰ χεῖρας ἔχων ἐτύγχανε, „τὸν σύμπαντα τοῦ βίου πλοῦτον, ἔφη, καὶ τὸ πᾶν τῆς γῆς στοιχεῖον εἰ κτήσαιο, πλέον οὐδὲν τούτου τοῦ περιγραφέντος χωρίου ἀποίσεις, εἰ δὴ κἂν αὐτοῦ τύχης[1]).“ Ἀλλ' οὐδένα, ταῦτα λέγων τε καὶ πράττων ἔπαυεν ὁ μακάριος· τὰ πράγματα δ' ἐναργῶς αὐτοῖς θεοπροπίοις ἔπεισεν, ἀλλ' οὐ ψιλοῖς ῥηματίοις ἐοικέναι τὰ βασιλέως θεσπίσματα.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΑ'.

Ὅτι διὰ τὴν πλείονα φιλανθρωπίαν ἐχλευάζετο.

Ἐπεὶ δ' οὐκ ἦν θανάτου φόβος[1]) εἴργων τοὺς κακοὺς τῆς μοχθηρίας, βασιλέως μὲν ὅλου πρὸς τὸ φιλάνθρωπον ἐκδεδομένου, τῶν δὲ καθ' ἕκαστον ἔθνος ἀρχόντων μηδαμῶς μηδενὸς τοῖς πλημμελήμασιν ἐπεξιόντος, τοῦτο δὴ μομφὴν[2]) οὐ τὴν τυχοῦσαν τῇ καθόλου διοικήσει παρεῖχεν· εἴτ' οὖν εὐλόγως, εἴτε καὶ μὴ, ὅπῃ φίλον ἑκάστῳ, κρινέτω· ἐμοὶ δ' ἐφείσθω τἀληθῆ γράφειν[3]).

Cap. XXX. 1) *Εἰ δὴ κἂν αὐτοῦ τύχης.* Quippe incertum est, utrum terra sepeliendus sis, cum aut ignibus cremari, aut mari submergi, aut bestiis devorari possis. In Fuk. codice scribitur τύχοις. [Pro κἂν Ion. Zimm. καί.]

Cap. XXXI. 1) [*Ἐπεὶ* — φόβος. Aurel. Victor caes. c. XLI.: „*Constantinus cunctos hostes honore ac fortunis manentibus texit recepitque, eo pius, ut etiam vetus veterrimumque supplicium patibulorum et cruribus suffringendis primus removerit.*“ Sozom. H. E. I, 8. Quod quidem ipsum non commemorasse Eusebium in his libris, mirari possis. Fortasse autem h. l. his ipsis verbis et sequentibus βασιλέως — ἐκδεδομένου eo respexit Eusebius. Cf. *Balduin.* Constantinus M. p. 285. Die Bekehrung des Kaisers Constantins aus dem Englischen des *Edw. Gibbon* übersetzt p. 35.: „*Ein Edict, das dem Christenthum so sehr zur Ehre gereicht, hätte doch wohl einen Platz in dem Theodosianischen Codex verdient, anstatt der indirecten Meldung desselben, welche, dem Anschein nach, aus der Vergleichung des 5ten und 18ten Titels des 9ten Buchs kann gezogen werden.*“ *Manso* Leben Constantins p. 216. p. 218.] — 2) [*Μορφὴν* MSt. Steph. Ion.] — 3) [*Εἴτ' οὖν εὐλόγως* —

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΒ'.

Περὶ συγγράμματος Κωνσταντίνου, ὃ πρὸς τὸν τῶν ἁγίων σύλλογον ἔγραψε.

Ῥωμαίᾳ μὲν οὖν γλώττῃ τὴν τῶν λόγων συγγραφὴν βασιλεὺς παρεῖχε· μετέβαλλον δ' αὐτὴν μεθερμηνευταί[1]) φωνῇ (τῇ ἡμετέρᾳ) οἷς τοῦτο ποιεῖν ἔργον ἦν. Τῶν δ' ἑρμηνευθέντων λόγων, δείγματος ἕνεκεν, μετὰ τὴν παροῦσαν ὑπόθεσιν ἑξῆς ἐκεῖνον συνάψω, ὃν ὁ αὐτὸς ἐπέγραψε[2]) τῷ τῶν ἁγίων συλλόγῳ[3]), τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ ἀναθεὶς τὴν γραφήν, ὡς μή τις

γράφειν. Hic ὁ qui ad finem cap. XXXII. invenitur, locus atque alii similes loci comprobant profecto quae scripsit *Kist.* de commutat. quam Const. M. auct. societ. subiit Christ. p. 22. not. 1.: „Nimium — in Constantini laudes eum (Eusebium) fuisse (in his libris) proclivem, omnibus notum est. — —. *Vel sic tamen cavendum est, ne plus iusto de illius, hoc in libro, auctoritate detrahamus; bonae enim fidei passim indicia praebet.* Recte v. c. ea solet distinguere, quae fama acceperat, addito ὡς φασιν; et quae ipse viderat, vel audiverat, vel ab αὐτόπταις acceperat. Cf. *L. II. c. 5. in fin. et 6. init.*" Cf. II, 23. not. 4. III, 59. not. 7. IV, 54. et Excurs. II. ad fin.]

Cap. XXXII. 1) Μεθερμηνευταί. Sub dispositione magistri officiorum erant interpretes variarum gentium ac linguarum, ut docet notitia imp. Romani. [Vid. *Iac. Gutherius* de officiis domus augustae Lib. II. c. XX.] Horum igitur opera utebatur Constantinus, in epistolis et orationibus ex Latino in Graecum sermonem transferendis. [De hermeneutis veteris ecclesiae vid. *Frommann.* opuscc. philol. et histor. argum. p. 421 sqq. Ad Eusebii locum pertinent quae scripsit V. D. l. l. p. 424 sq.: „multum ab his diversus fuit Hermeneuta *Epiphanii* (vid. Epiphan. opp. T. I. p. 1104. edit. *Petav.* εἶθ' ἑξῆς τούτων, ἐπορκισταὶ καὶ ἑρμηνευταὶ γλώσσης εἰς γλῶσσαν, ἢ ἐν ταῖς ἀναγνώσεσιν, ἢ ἐν ταῖς προσομιλίαις), de quo nos agere instituimus. Hic enim inter ordines ecclesiasticos is erat, qui, quae coram coetu sacro legebantur aut dicebantur, in aliam transferebat linguam, germ. *ein Dollmetscher:* quo sensu voces Ἑρμηνευτής, Διερμηνευτής et Μεθερμενευτής apud scriptores passim occurrunt (cf. Hebr. VII, 2. LXX. ad Esr. IV, 7.). Specialim μέγας διερμηνευτής inter officiales palatii CPolitani commemoratur a *Codino* l. c. (de officiis et officialibus magnae eccles. et aulae Cplitanae) c. II. p. 10. quem amplius describit c. V. p. 38. ὁ μέγας διερμηνευτής ἐστι πρῶτος τῶν ἑρμηνέων, οὓς κοινῶς ὀνομάζουσι δραγομένους. Erant autem δραγόμενοι sive, quae voces idem significant, Δραγούμανοι, Δραγώμανοι, linguarum exoticarum interpretes, cuius generis in aulis magni reges habebant, ut illorum ope peregrinarum gentium legatos intelligere possent (cf. *Du Fresne* Glossar. med. et infim. Latinitat. s. v. *Dragumanus;* quae vox ex Chald. תורגמן est inflexa). *Eorundem interpretum mentio multo antiquior occurrit iam apud Eus. Lib. IV. de Vita Constantini c. XXXII.*" Cf. de laudib. Constant. cap. XI. ὑφερμηνευτής τις εἶναι τῆς σῆς διανοίας καὶ τῆς φιλοθέου ψυχῆς ἄγγελος ὑπάρχειν εὐχόμενος. Ceterum vocabulum ὑφερμηνευτής non minus quam μεθερμηνευτής Lexicographis omissum. Cf. *Lobeck.* ad Phryn. p. 316.] — 2) [Ἐπέγραψε Ion. et paulo ante λόγῳ pro λόγων.] — 3) [Τὸν — συλλόγον Steph.]

ἄκομπον εἶναι νομίσειε τὴν ἡμετέραν ἀμφὶ τῶν λεχθέντων μαρτυρίαν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΓ'.

Ὅπως τῶν Εὐσεβίου περὶ τοῦ μνήματος τοῦ σωτῆρος ἐπιδείξεων ἑστὼς ἤκουσε.

Κἀκεῖνο δὲ μνήμης οὔ μοι δοκεῖ ἀπόβλητον εἶναι, ὃ δὴ καὶ ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν ὁ θαυμάσιος κατεπράξατο. Ἐπειδὴ γάρ ποτε θάρσει τῆς αὐτοῦ περὶ τὸ θεῖον εὐλαβείας, ἀμφὶ τοῦ σωτηρίου μνήματος λόγον παρασχεῖν εἰς ἐπήκοον αὐτοῦ δεδεήμεθα, προθυμότατα μὲν τὰς ἀκοὰς ὑπεῖχε[1]) πλήθους δ' ἀκροατῶν περιεστῶτος, ἔνδον ἐν αὐτοῖς βασιλείοις[2]) ὄρθιος ἑστὼς, ἅμα τοῖς λοιποῖς ἐπηκροᾶτο· ἡμῶν δ' ἀντιβολούντων ἐπὶ παρακειμένῳ τῷ βασιλικῷ θρόνῳ διαναπαύεσθαι, ἐπείθετο μὲν οὐδαμῶς, συντεταμένῳ δὲ λογισμῷ τὴν διάκρισιν ἐποιεῖτο τῶν λεγομένων, ταῖς τε δογματικαῖς θεολογίαις[3]) ἀλήθειαν ἐπεμαρτύρει. Ἐπεὶ δὲ πολὺς ἦν ὁ χρόνος, ὅ, τε λόγος ἐμηκύνετο, ἡμεῖς μὲν καταπαύειν προῃρήμεθα, ὁ δ' οὐκ ἀνῄει, περαίνειν δ' εἰς τέλος προὔτρεπεν· ἀντιβολούντων δὲ καθέζεσθαι, ἀντεδυσώπει, τοτὲ μὲν φήσας[4]) ὡς οὐ θεμιτὸν εἴη, τῶν περὶ θεοῦ κινουμένων

Cap. XXXIII. 1) [*Παρεῖχε* Ion.] — 2) *Ἔνδον ἐν αὐτοῖς βασιλείοις.* Interpres vertit *in ipsa basilica*, quod non probo. Hoc enim tanquam mirabile pietatis exemplum in Constantino notat Eusebius, quod Eusebii sermonem in ipso palatio stans imperator audire dignatus sit. Certe si in ecclesia stans imperator sermonem audiisset, minus id esset mirandum, cum locus ipse reverentiam postulet; et imperator ipse in ecclesia unus sit e numero fidelium. In palatio vero stare imperatorem loquente episcopo, singulare quoddam exemplum est religionis. Vide infra cap. 46. ex quo manifeste colligitur hic palatium intelligi. Porro Christiani, stantes olim in ecclesia sermonem sacerdotis auscultare [certe plerumque] consueverant. Nulli quippe in ecclesia sedebant nisi presbyteri, ut docet Optatus in lib. IV.: *Dum peccatorem arguit, et sedentem increpat deus, specialiter ad vos dictum esse constat, non ad populum, qui in ecclesia non habet sedendi licentiam.* Augustinus in sermone secundo de sanctis martyribus: *Nemo dicet, diu steti, aut diu vigilavi. Stabilitas ibi magna erit, et ipsa immortalitas corporis iam suspendetur in contemplatione dei, si modo verbum hoc quod irrogamus vobis, tamdiu fragilitatem carnis vestrae stabilem tenet, quid nobis faciet illud gaudium? quomodo nos mutabit?* Idem in tractatu CXII. in evangelium Iohannis: *Quomodo autem inter se omnes conveniant* (Evangelistae scilicet) *non in his sermonibus, sed in aliis laboriosis literis, quaerat, nec stando et audiendo, sed potius sedendo et legendo condiscat.* [Cf. *Kortholt.* ad Iustin. apol. II. n. 87. Chrysost. hom. XL. ad Antiochen. *Augusti* Denkwürdigkeiten T. VI. p. 836 — 839.] — 3) [*Ταῖς — θεολογίαις Theologicorum dogmatum* Val., *den theologisch-dogmatischen Vorstellungen* Stroth. vertit. Cf. infra: *τῶν περὶ θεοῦ κινουμένων δογμάτων.*] — 4) [*Φήσας* omittit Cast. sed ante *τῶν* addit *σοφῶς* Ion.]

δογμάτων ἀνειμένως ἀκροᾶσθαι, ποτὲ δὲ, συμφέρειν αὐτῷ καὶ λυσιτελεῖν τοῦτο· ἑστῶτας γὰρ ὑπακούειν τῶν θείων, ὅσιον. Ἐπεὶ δὲ καὶ ταῦτα τέλους ἐτύγχανεν, ἡμεῖς μὲν οἴκαδε ἐπανήειμεν, καὶ τὰς συνήθεις ἀπελαμβάνομεν διατριβάς.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΔʹ.

Ὅτι περὶ τοῦ πάσχα καὶ θείων βίβλων πρὸς Εὐσέβιον ἔγραψεν.

Ὁ δὲ τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ θεοῦ πεπρονοημένος[1]), περὶ κατασκευῆς θεοπνεύστων λογίων εἰς ἡμέτερον πρόσωπον ἐπετίθει τὸ γράμμα· ἀλλὰ δὴ καὶ περὶ τῆς ἁγιωτάτης τοῦ πάσχα ἑορτῆς. Προσφωνησάντων γὰρ ἡμῶν[2]) αὐτῷ μυστικὴν ἀνακάλυ-

---

Cap. XXXIV. 1) *Πεπρονοημένος*. In Fuk. codice scribitur *προνενοημένος*, rectius, ni fallor. — 2) *Προσφωνησάντων γὰρ ἡμῶν.* [Ion. *οὖν* pro *γάρ*.] Videtur intelligere librum de ratione computi paschalis, quem ab Eusebio compositum fuisse testatur Beda in libro de ratione temporum cap. 42. Certe Constantinus imp. in epistola ad Eusebium, opus illud Eusebii, quod hic memoratur, laboriosum fuisse testatur, totamque paschalis festi rationem, originem ac perfectionem complexum esse. De hoc Eusebii libro Hieronymus in libro de scriptoribus ecclesiasticis ita loquitur: „Hippolytus rationem paschae, temporumque canones scripsit, et sedecim annorum circulum reperit, et Eusebio qui super eodem pascha canonem decem et novem annorum circuli composuit, occasionem dedit;“ Quae Hieronymi verba descripsit Beda in libro de sex aetatibus mundi. Et lib. V. hist. cap. 22. Honorius Augustodunensis in lib. II. de imagine mundi cap. 83. *Cyclum*, inquit, *Eusebius Caesariensis primus composuit. Postea Theophilus Alexandriae episcopus, rogatu Leonis P. P. lucidius exposuit: deinde Dionysius abbas Romae, ut hodie habetur, scripto protulit.* [Neque vero librum illum Eusebii quem *μυστικὴν ἀνακάλυψιν τοῦ τῆς ἑορτῆς (πάσχα) λόγου* dixit, unice continuisse subtiliorem et doctiorem computationem festi paschalis, quod si non Hieronymus et Honorius Augustodunensis, certe statuit Valesius h. l. et Strothius, qui verba illa *μυστικὴν ἀνακάλυψιν — λόγου* vertit: *„geheimen Aufschluss der Festrechnung“*, docent verba ipsius Constantini c. XXXV., quibus Eusebium illo libro explicuisse dicit *Χριστοῦ μυστήρια κατ᾽ ἀξίαν*, quo nihil aliud videtur significari posse nisi mystica et typica expositio ac revelatio eorum quae sub tegmine legis, de paschate velata erant, ut recte interpretatur *Danz.* de Eus. p. 68. Sed ex altera parte non minus lapsus est ipse *Danzius* l. l., quod in libro Eusebii nihil nisi illam typicam expositionem infuisse putat et inde adeo Hieronymum nunquam oculis usurpasse illum contendit, cum rectissime affirmet Valesius, verba Constantini cap. XXXV., *τήν τε τοῦ πάσχα ἀντιλογίαν τε καὶ γένεσιν — ἑρμηνεῦσαι* ad nihil aliud pertinere nisi computationem festi paschatos ab Eusebio in illo libro institutam. Qui cum haec duo contineret, rectissime vocatus est ab Eusebio *μυστικὴ ἀνακάλυψις τοῦ τῆς ἑορτῆς λόγου* quae verba optime reddidit Valesius: *„librum quo arcana illius festi ratio erat exposita.“* Nam arcana, i. e. non in vulgus nota, dici poterat tum typica illa expositio tum doctior de controversia in computatione festi

ψιν τοῦ τῆς ἑορτῆς λόγου, ὅπως ἡμᾶς ἠμείψατο τιμήσας ἀντιφωνήσει, μάθοι ἄν τις ἐντυχὼν αὐτοῦ τῷδε τῷ γράμματι.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΕ'.

Κωνσταντίνου πρὸς Εὐσέβιον, τὸν τοῦ πάσχα λόγον ἐπαινοῦντος.

Νικητὴς Κωνσταντῖνος, μέγιστος σεβαστὸς, Εὐσεβίῳ.

„Τὸ μὲν ἐγχείρημα μέγιστον καὶ πάσης λόγων δυνάμεως κρεῖττον, Χριστοῦ μυστήρια κατ᾽ ἀξίαν εἰπεῖν, τήν τε τοῦ πάσχα ἀντιλογίαν[1]) τε καὶ γένεσιν, λυσιτελῆ τε καὶ ἐπίπονον τελεσιουργίαν, ἑρμηνεῦσαι τὸν προσήκοντα τρόπον· τὸ γὰρ θεῖον, ἀνθρώποις ἀδύνατον καταξίαν φράσαι, καὶ τοῖς νοῆσαι δυνατοῖς. Πλὴν ὅμως ὑπερθαυμάσας σε τῆς φιλομαθείας τε καὶ φιλοτιμίας, αὐτός τε τὸ βιβλίον ἀνέγνων ἀσμένως, καὶ τοῖς πλείοσιν οἵ γε τῇ περὶ τὸ θεῖον λατρείᾳ γνησίως προσανέχουσι, καθὰ ἐβουλήθης, ἐκδοθῆναι προσέταξα. Συνορῶν τοίνυν μεθ᾽ ὅσης θυμηδίας τὰ τοιαῦτα παρὰ τῆς σῆς ἀγχινοίας δῶρα λαμβάνομεν, συνεχεστέροις ἡμᾶς λόγοις[2]) εὐφραίνειν[3]), οἷς ἀνατετράφθαι σαυτὸν ὁμολογεῖς, προθυμήθητι· θέοντα γάρ σε, τὸ τοῦ λόγου, πρὸς τὰ συνήθη σπουδάσματα παρορμῶμεν[4])· ὅπου

---

paschatis disquisitio. Cf. *Tillemont* mémoires T. VI. P. III. p. 726 sq. T. VII. P. I. p. 101 sq.]

Cap. XXXV. 1) *Τοῦ πάσχα ἀντιλογίαν.* Scribendum est *αἰτιολογίαν*, quemadmodum etiam in libro Moraei ad marginem emendatum inveni, quod confirmant sequentia. [*Αἰτιολογίαν* quoque Cast. Cf. Euseb. H. E. IV, 29. T. I. p. 408.] Subdit enim: *καὶ γένεσιν, λυσιτελῆ τε καὶ ἐπίπονον τελεσιουργίαν.* Certe *γένεσις* de origine controversiae dici non potest. [Quid ni?] Melius itaque *γένεσιν* vertas *institutionem*. *Τελεσιουργία* [cf. Polyb. III, 4. *τελεσιούργημα πραγματείας*] vero est consummatio festi paschalis a Christo facta, qui suae resurrectionis miraculo verum pascha Christianis instituit. — 2) [*Συνεχεστέροις λόγοις.* His nullum aliud Eusebii opus nisi historiam ecclesiasticam significari, fusius ostendere studuit *Kestn.* de Eus. auctor. et fide dipl. p. 12 sqq. Cf. *Kist.* disp. de commutat. quam Const. M. auctore societas subiit Christ. p. 41. not. 2.] — 3) *Λόγοις εὐφραίνειν.* Post has voces in codice Regio et in editione Rob. Stephani sequuntur haec verba: *κἂν τὰ μάλιστα τῶν καλῶν ἔργων* etc. Sed Scaliger, Bongarsius, aliique hunc locum nescio ex quibus codicibus suppleverunt. Idem quoque supplementum in Fuk. et Moraei libro reperi, et quidem aliquanto emendatius quam in editione Genevensi. Primum enim in eo legitur: *οἷς ἀντετράφθαι σαυτὸν ὁμολογεῖς.* Scribendum tamen est *ἀνατετράφθαι*, vel *ἐντετράφθαι.* — 4) [*Θέοντα — παρορμῶμεν.* Nota est

γε καὶ τὸν εἰς τὴν Ῥωμαίων[5]) *τοὺς σοὺς πόνους μεταῤῥυθμήσοντα γλῶτταν, οὐκ ἀνάξιον ηὑρῆσθαί σοι τῶν συγγραμμάτων, ἡ τοσαύτη πεποίθησις*[6]) *δείκνυσιν, εἰ καὶ τὰ μάλιστα τῶν καλῶν ἔργων ἡ τοιαύτη ἑρμηνεία ὑφίστασθαι κατ᾽ ἀξίαν, ἀδυνάτως*[7]) *ἔχει. Ὁ θεός σε διαφυλάξοι, ἀδελφὲ ἀγαπητέ.“ Τὸ μὲν* (*οὖν*) *περὶ τοῦδε γράμμα*[8]), *τοιόνδε ἦν· τὸ δὲ περὶ τῆς τῶν θείων ἀναγνωσμάτων ἐπισκευῆς, ὧδέ πῃ περιέχει.*

---

haec proverbialis dicendi ratio qua iterum utitur Constantinus infra cap. XLII. Cf. *Erasmi* Chiliadd. Particula autem *γὰρ*, ut saepius, h. l. reddit rationem sententiae non expressis verbis significatae, sed supplendae, hoc modo: „Quanquam vix opus est ut te incitem. *Nam* currentem, ut aiunt, ad consueta studia incitamus.“ Val. igitur non male *γὰρ* vertit: „*vero*“, Stroth.: „*Doch*.“ Vid. *Zeune* ad Viger. p. 496 sq. ed. Hermann.] — 5) *Καὶ τὸν εἰς τήν*. Post haec verba in libro Moraei vacuum spatium relinquitur. Deest certe vocabulum *Ῥωμαϊκήν*. Locus itaque supplendus est hoc modo: *τὸν εἰς τὴν Ῥωμαϊκὴν τοὺς σοὺς πόνους μεταῤῥυθμίσοντα γλῶτταν*, vel potius *εἰς τὴν Ῥωμαίων*, ut loquitur Eusebius supra cap. 32. Certe in codice Fuk. legitur *εἰς τὴν Ῥωμ. . . . τοὺς σοὺς πόνους μεταρυθμίζοντα* etc. [Cast. pro *τοὺς σοὺς πόνους* habet *τοῖς σοῖς πόνοις* et pro *μεταρυθμήσοντα*, Ion. non male *μεταῤῥυθμίζοντα*. Val. *μεταρυθμήσοντα*, quod certe in *μεταῤῥυθμήσοντα* mutandum duxi. Cf. c. XXVI. Mox pro *τοσαύτη* Cast. *τοιαύτη* et pro *τῶν καλῶν* idem male *τὰ κακὰ ἔργα*.] — 6) *Ἡ τοσαύτη πεποίθησις*. Audaciam intelligit eius qui librum Eusebii de pascha interpretatus fuerat iussu Constantini; vel certe *πεποίθησις* est opinio ac iudicium ipsius imperatoris. Interpres quidem fiduciam ipsius Eusebii intellexit, quod hic convenire nullomodo potest. Omnino *πεποίθησις* hic aliter sumi non potest quam pro iudicio et persuasione tam ipsius Constantini, quam reliquorum hominum, qui Eusebii opusculum de pascha in Latinam linguam iussu Constantini conversum magnopere laudabant. Haec, inquit, tanta omnium opinio satis ostendit non indignum tibi obtigisse interpretem. Porro voces illae *τῶν συγγραμμάτων* duplici modo construi possunt, aut cum adiectivo *ἀνάξιον*, aut cum vocabulo *πεποίθησις*. [Stroth. ad h. l. p. 424. not. 1. scripsit: „*Die Worte* (*ὅπου γε καὶ — δείκνυσιν*) *haben sehr viel eigenthümliche Dunkelheit, welche vielleicht daher rührt, dass sie auf einen Ausdruck des Eusebius oder seines Latein. Uebersetzers anspielen, den wir jetzt nicht mehr wissen. — — Valesius will dies πεποίθησις vom Beyfall verstehn, den Constantin und andre der Schrift gegeben, allein ich zweifle ob dies aus dem Sprachgebrauch gerechtfertigt werden könne. Vielleicht hatte der Uebersetzer ohne sein Vermögen zu entschuldigen, wie sonst damals sehr üblich war, die Uebersetzung angefangen, oder wohl gar zuversichtlich von seiner Uebersetzung geredet. Vielleicht nennt er es überhaupt Zuversichtlichkeit oder Dreistigkeit, dass sich ein Uebersetzer an ein so gelehrtes Werk gewagt hatte.*“ Sed ut recte Valesii interpretationem reiecit Strothius, ita haud scio an *πεποίθησις* de qua Constantinus loquitur, significet potius fiduciam illam et confidentiam qua ipse Constantinus Eusebium ad consueta eius studia excitaverat. Cf. verba *θέοντα — παρορμῶμεν*. Ait igitur Constantinus, tantam illam fiduciam suam simul ostendere, non indignum operum suorum interpretem Eusebium nactum esse, quod si non factum esset, Constantinus illa *πεποιθήσει* Eusebium non excitasset. De voce *πεποίθησις* vid. *Lobeck*. ad Phryn. p. 295. *Wahl*. clav. N. T. Vol. II. p. 289.] — 7) [*Οὐκ ἀδυνάτως* Cast. All. pro *οὐκ* habent *οὖν*.] — 8) [*Τὸ*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Λϛ'.

Κωνσταντίνου πρὸς Εὐσέβιον περὶ κατασκευῆς θείων βιβλίων.

Νικητὴς Κωνσταντῖνος, μέγιστος σεβαστὸς, Εὐσεβίῳ.

„*Κατὰ τὴν ἐπώνυμον ἡμῖν πόλιν, τῆς τοῦ σωτῆρος θεοῦ συναιρομένης προνοίας, μέγιστον πλῆθος ἀνθρώπων τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ ἀνατέθεικεν ἑαυτό· ὡς πάντων ἐκεῖσε πολλὴν λαμβανόντων αὔξησιν, σφόδρα ἄξιον καταφαίνεσθαι, καὶ ἐκκλησίας ἐν αὐτῇ κατασκευασθῆναι πλείους. Τοιγάρτοι δέδεξο προθυμότατα τὸ δόξαν τῇ ἡμετέρᾳ προαιρέσει. Πρέπον γὰρ*[1]) *κατεφάνη, τὸ δηλῶσαι τῇ σῇ συνέσει, ὅπως ἂν πεντήκοντα σωμάτια*[2]) *ἐν διφθέραις ἐγκατασκεύοις, εὐανάγνωστά τε καὶ πρὸς*

— *γράμμα.* Data est epistola a. 335. Vid. *Holzhausen.* de fontibus etc. p. 51. *Οὖν* deletis uncis Zimm.]

Cap. XXXVI. 1) [*Πρέπον γὰρ — θείων δηλαδὴ γραφῶν.* Vid. *E. A. Frommann.* de codicibus sacris iussu Constantini M. adornatis in Eiusd. opuscc. philoll. atque histor. p. 303 sqq. Add. *E. F. Wernsdorf.* historia Latinae linguae p. VIII sq. (Lips. 1756.), ubi coniecit V. D., codices illos eo consilio Constantinum describi iussisse ut, si quis ex populo scripturam sacram legere cuperet, codice quodam in lingua vulgari conscripto et sive in pulpito, sive alio commodo templi loco collocato posset uti. Cf. Paulini ep. XII. ad Severum:

Si quem sancta tenet meditandi in lege voluntas,
Hic poterit residens sacris intendere libris.

Frickii dissert. histor. eccles. de traditoribus posterior p. 62 sq. (Lips. 1733.), qui primam illi Constantini mandato Licinii non minus quam Diocletiani persecutiones in quibus sacri Christianorum libri iniquiora fata experta sint, ansam dedisse probare studuit. Cf. V. C. III, 1. *οἱ μὲν τὰ θεόπνευστα λόγια ἀφανῆ ποιεῖσθαι — — ἐνομοθέτει.* *Frickii* dissert. de traditoribus prior p. 37. p. 41. *Zornii* historia bibliorum manuall. p. 88 sq. *Kestner.* de Euseb. p. 12. *Kist.* de commutat. quam Const. M. auct. societas subiit Christ. p. 41. not. 1. *Münscher* Handbuch der Dogmengeschichte T. III. p. 114 sq.] — 2) [*Πεντήκοντα σωμάτια* Valesius recte vertit: „quinquaginta *codices*" Strothius: „funfzig *Bände.*" Vid. *Frommann.* l. l. p. 306.: „*Σωμάτιον* — hic librum significat, qui plura opuscula in unum corpus coniuncta comprehendit, quae huius vocis significatio apud scriptores Graecos haud infrequens est. Sic DIONYSIUS LONGINUS *σωμάτιον Ἰλιάδος*, et HESYCHIUS, *Ὁμήρου σωμάτιον* habet; SUETONIUS (de illustr. Grammat. c. VI.) item eodem sensu vocabulo *corporis* utitur, cum *Aurelius Opimius*, inquit, *composuit variae eruditionis aliquot volumina, ex quibus novem unius* CORPORIS. Ut hinc codices nostros nomine *σωματίων* ideo venire apertum sit, quod plures sacrorum scriptorum libros complecterentur." Add. *Salmasium* in notis ad Flav. Vopiscum p. 447. *Schwarz.* diss. de ornamentis codicum veterum §. III. *Balduin.* Con-

ptum reperi in libro Turnebi ac Moraei. — 4) *Μὴ δὴ οὖν ἀμφιβολία τις γιγνέσθω.* Horum verborum sensus satis obscurus est. An Constantinus id voluit dicere? Cessent iam omnes dubitare de me, utrum revera Christianus sim. Nemo in posterum suspicetur me verbis duntaxat, non ex intimo cordis affectu, fidem Christi amplexum fuisse. Potest etiam *ἀμφιβολία* hoc loco sumi pro *ἀναβολή*. Id est: *Omnis mora*, *omnis amoveatur dilatio*. Qui quidem sensus magis cohaeret cum praecedentibus. His enim verbis semetipsum accusat Constantinus, quod scilicet salutare lavacrum nimis distulerit, quodque tamdiu quasi anceps ac dubius haeserit, nec gentilium ritus ac ceremonias colens, nec Christianorum sacra suscipiens. [Val. vertit: „omnis removeatur *dubitatio*" Stroth.: „Fern sey alles *Bedenken*." Cf. Excurs. V.] — 5) *Ἅπαξ ὥρισται.* Horum verborum duplex sensus afferri potest. Aut enim ὥρισται subauditur τῷ θεῷ, quem sensum secutus est interpres huius libri. Aut certe subauditur ὥρισται ἐμοί, quem quidem sensum veriorem puto. Certe in codice Regio post vocem ὥρισται, media distinctio ponitur. Deinde vox illa ἅπαξ, satis ostendit Constantinum de se ipso loqui. Postremo si haec de deo intelligerentur, non dixisset Constantinus τῷ τοῦ θεοῦ λαῷ, sed τῷ αὐτοῦ. — 6) [*Οἱ δέ.* Vid. *Augusti* Denkwürdigkeiten T. VII. p. 158 sq. „*Es ist bemerkenswerth*, *dass Eusebius von Bischöfen spricht*, *und des Bischofs Eusebius von Nikomedien nicht namentlich erwähnt. Die übrigen Kirchen-Historiker erzahlen bloss: dass Konstantin kurz vor seinem Ende in Nikomedien die Taufe empfangen habe. Bloss Hieronymus* (*Chronicon ad a.* 337.) *nennet den Eusebius von Nikomedien und äussert seine Bedenklichkeit daruber*, *dass der Kaiser die Taufe von einem Arianer erhalten habe.*" Cf. *Schröckh* christl. KG. T. V. p. 393. *Henke* allgemeine Geschichte der christlichen Kirche T. I. p. 158. Praeterea *Augusti* l. l. scripsit: „*Aber eben deswegen ist diese Taufe* (Constantins) *ein wichtiger Fall*, *weil sich darin das Urtheil der alten Kirche uber die Gultigkeit der von einem Ketzer vollzogenen Taufe ausspricht. Dass man diese aber aus dem Gesichts-Punkte einer Noth-Taufe ansah*, *ergiebt sich aus der Sorgfalt*, *womit die Geschichtschreiber die Umstande von der Krankheit des Kaisers und der ihm drohenden Lebens-Gefahr berichten.*"] — 7) *Προσδιαστειλάμενοι.* In libris Turnebi ac Moraei ad marginem emendatur *προδιαστειλάμενοι*, quod magis placet. Porro hoc verbum *διαστέλλομαι*, eo sensu frequenter accipitur in sacris libris. [Cf. *Wahl.* clav. N. T. Vol. I. p. 292. ed. II. Val. vertit *ὅσα — προσδιαστειλάμενοι* *iniunctisque ei quae necessaria erant*, contra Stroth. *nach vorhergegebenem nöthigen Unterricht.* Cf. *Passow* Lexic. sub v.

ἀναγεννώμενος[8]) ἐτελειοῦτο[9]), θείας τε σφραγῖδος ἀξιούμενος,

---

προδιαστέλλομαι et προσδιαστέλλομαι.] — 8) [Χριστοῦ μαρτυρίοις ἀναγεννώμενος Val. quidem vertit: „*in* Christi *martyriis* renatus (baptizatus)" et Stroth.: „*in den Märtyrer-Kirchen Christi wiedergebohren.*" Sed tunc scribendum erat ἐν Χριστοῦ μαρτυρίοις, ut supra cap. LXI. ἐν αὐτῷ τῷ μαρτυρίῳ, ut taceam, ineptius deinde positum esse numerum pluralem pro singulari, unde *Augusti* Denkwürdigkeiten T. VII. p. 158. vertit: „*in der Märtyrer-Kirche Christi.*" Iam vero ne sic quidem videtur verti posse, quia, ut antea monui, ἐν X. μ. deinde scribendum esset, neque dubito equidem quin verissima sit coniectura *Fabricii* salut. luc. evang. exorient. p. 235. legendum esse affirmantis Χριστοῦ μυστηρίοις. Vide verba statim praecedentia τῶν ἀποῤῥήτων μεταδίδοσαν, *sacrorum mysteriorum participem eum fecere*, interprete Val., *ertheilten sie ihm das Sacrament*, Strothio. Cf. *Suicer.* thes. T. II. p. 182 sq. A. B. et quae ipse annotavi ad Euseb. H. E. X, 3. T. III. p. 210 sq. Add. *Tillemont.* histoire des empereurs T. IV. p. 631.] — 9) Ἐτελειοῦτο. Non possum probare versionem interpretum, qui ἐτελειοῦτο transtulerunt *initiatus est*, quasi legeretur ἐτελεῖτο. Ego vero interpretari malui *consummatus est.* [Stroth. „*zur Vollkommenheit gebracht.*"] Sic Cyprianus in epistola 73. ad Iubaianum pag. 145. *Quod nunc quoque apud nos geritur, ut qui in ecclesia baptizantur, praepositis ecclesiae offerantur, et per nostram orationem ac manus impositionem spiritum sanctum consequantur, et signaculo dominico consummentur.* Certe Graeci Patres baptismum vocare solent τελείωσιν, id est, perfectionem et consummationem. Sic Athanasius in oratione III. contra Arianos: ἡ διατί καὶ ἐν τῇ τελειώσει τοῦ βαπτίσματος συγκατονομάζεται τῷ πατρὶ ὁ υἱός· Et paulo post ἡ διατί τὸ πεποιημένον συναριθμεῖται τῷ ποιήσαντι εἰς τὴν τῶν πάντων τελείωσιν. Item aliquanto post τελειοῦσθαι ponit pro baptizari: ὃν βαπτίζει ὁ πατήρ, τοῦτον ὁ υἱὸς βαπτίζει· καὶ ὃν ὁ υἱὸς βαπτίζει, οὗτος ἐν πνεύματι ἁγίῳ τελειοῦται. Et sequente pagina baptismum iterum vocat τελείωσιν, ita scribens: εἰς γὰρ ὄνομα πατρὸς καὶ υἱοῦ δίδοται ἡ τελείωσις, etc. Quibus in locis P. Nannius semper vertit *initiationem.* Sed et Gregorius Naz. in oratione prima contra Iulianum, baptismum eodem vocabulo appellat: αἵματι μὲν οὐχ ὁσίῳ τὸ λουτρὸν ἀποῤῥύπτεται, τῇ καθ' ἡμᾶς τελειώσει τὴν τελείωσιν τοῦ μύσους ἀντιτιθείς. Denique Clemens Alexandrinus in libro I. paedagogi, baptismum variis nominibus appellari scribit. Interdum enim χάρισμα, interdum φώτισμα dici, modo λουτρόν. Deinde causam subiungit cur vocetur τέλειον: τέλειον, inquit, dicimus id cui nihil deest. Quid porro deest illi qui deum novit, et qui gratiam dei possidet, et vita iam fruitur aeterna? Ex quo ita concludit Clemens, omnes qui in Christum crediderunt, et sacro lavacro tincti sunt, iam perfectos esse. Οὕτω τὸ πιστεῦσαι μόνον καὶ ἀναγεννηθῆναι, τελείωσίς ἐστιν ἐν ζωῇ. [Cf. *Suicer.* thes. T. II. p. 1259 sqq.] Apud Latinos quoque *perfecti Christiani* dicebantur, qui baptismum susceperant, tametsi manus impositionem ab episcopo non accepissent. Vetus auctor de haereticis non rebaptizandis: *Quod hodierna quoque die non potest dubitari esse usitatum, et evenire solitum ut plerique post baptisma sine impositione manus episcopi de saeculo exeant; et tamen pro perfectis fidelibus habentur.* Et iterum infra p. 135. editionis Rigaltii, perfectum Christianum ponit pro fideli, imperfectum vero pro catechumeno: *Et ideo integrum ac sincerum et incontaminatum et inviolatum utrumque debet consistere confitenti, nullo delectu habito ipsius confessoris, sive ille iustus, sive peccator, perfectusque Christianus, an vero etiam nunc imperfectus, qui summo discrimine suo dominum confiteri non timuit.* Ac fortasse sic intelligendus est Tertulliani locus de praescript. haeret. cap. XLI. *Ante sunt perfecti Catechumeni quam edocti.* Idem Tertullianus in lib. de poenitent. cap. VI. perfectum dei servum op-

ἠγάλλετο τῷ πνεύματι[10]), ἀνεκαινοῦτό τε καὶ φωτὸς ἐνεπίμπλατο θείου, χαίρων μὲν τῇ ψυχῇ δι' ὑπερβολὴν πίστεως, τὸ δ' ἐναργὲς καταπεπληγὼς τῆς ἐνθέου δυνάμεως. Ὡς δ' ἐπληροῦτο τὰ δέοντα, λαμπροῖς καὶ βασιλικοῖς ἀμφιάσμασι[11], φωτὸς

---

ponit catechumeno. [Cf. Vales. et nos ad Euseb. H. E. VII, 15. not. 8.] — 10) Ἠγάλλετο τῷ πνεύματι. Quod plerisque in locis huius operis accidisse iam monui, in hoc quoque admissum fuisse suspicor, ut verba transposita fuerint. Sic igitur legendum esse existimo: ἠγάλλετο, ἀνεκαινοῦτό τε τῷ πνεύματι. Alludit enim ad illum versum notissimi Psalmi: *Cor mundum crea in me deus, et spiritum rectum innova in visceribus meis.* Vel potius alludit ad locum Pauli apostoli in epistola ad Titum cap. III. *Salvavit nos per lavacrum regenerationis et renovationis spiritus sancti*, etc. Porro ex hoc Eusebii loco colligitur, Constantinum non in lecto perfusum, ut aegri solebant, sed in ecclesia baptismum percepisse. Ait enim Eusebius, τοῖς Χριστοῦ μαρτυρίοις ἀναγεννώμενος. Mox scribe ex codice Fuketii et veteribus schedis φωτὸς ἐνεπίμπλατο. — 11) Λαμπροῖς ἀμφιάσμασι. Notum est moris olim fuisse, ut neophyti candidis vestibus induerentur, quas octavo demum die deponebant. Zeno Veronensis in sermone V. ad neophytos: *Primus vos qui in se credentem reprobat nullum, non aries sed agnus excepit: qui vestram nuditatem velleris sui niveo candore vestivit.* Augustinus in sermone CLVII. de tempore: *Paschalis solemnitas hodierna festivitate concluditur. Et ideo hodie neophytorum habitus commutatur, ita tamen ut candor qui de habitu deponitur, semper in corde teneatur.* Idem testatur Beda in libro de officiis. *Septuagesima*, inquit, *tendit ad sabbatum ante octavas paschae, quando hi qui in vigilia paschae baptizantur, alba vestimenta deponunt.* Quae verba leguntur etiam in ordine Romano. In vetere libro pontificali Senonensis ecclesiae ante sexcentos annos descripto, exstat solemnis precatio quam faciebat episcopus super neophytis, tunc cum albas deponerent, quam hic adscribere operae pretium putavi.

Benedictio in Sabbato quando albas deponunt.

Deus qui calcatis inferni legibus captivitatem nostram resoluta catenarum compage dignatus est ad libertatis praemia revocare, ipse vobis praestet ita hanc vitam transigere, ut in illam perpetuam ipso duce possitis intrare, amen. Tantum praebeat vobis fervorem catholicae fidei, ut sancti adventus illius sitis exspectatione securi, amen. Ut quicumque hic meruerunt purgari unda baptismi, ibi praesentari valeant pio iudici candidati, amen. Porro neophyti octo illos a baptismo dies summa cum religione celebrabant, ita ut per eos dies, qui etiam octavae dicebantur, nefas haberent nudo pede terram contingere, ut scribit Augustinus in epistola 119. ad Ianuarium. Sed et per eos dies nudo capite incedere solebant, quod erat signum libertatis. Augustinus sermone IV. in dominica octavarum paschae: *Hodie octavae dicuntur infantium: revelanda sunt capita eorum quod est indicium libertatis. Habet enim libertatem ista spiritalis nativitas*, etc. Contra catechumeni tectis capitibus per publicum incedebant, cum typum gererent Adae a paradiso expulsi, ut ait Iunilius in lib. II. cap. 16. Quod quidem de solis competentibus intelligendum puto, qui non solum caput, verum etiam vultum velabant, ut docet Cyrillus Hierosol. in prima catechesi. Hoc autem velamen ipsis auferebatur in baptismo, vel certe octavo post baptismum die. Hoc enim potius innuunt Augustini verba paulo ante a nobis commemorata. Idem quoque confirmat Theodorus Cantuariensis episcopus in libro poenitentiali: *In monachorum ordinatione Abbas debet missam cantare, et*

ἀπολάμπουσι τρόπον, περιεβάλλετο, ἐπὶ λευκοτάτῃ τε στρωμνῇ διανεπαύετο, οὐκ ἔθ' ἁλουργίδος ἐπιψαῦσαι θελήσας.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΞΓ'.

Τὸ λουτρὸν λαβὼν, ὅπως ἀνύμνει τὸν Θεόν.

Κἄπειτα τὴν φωνὴν ἀνυψώσας, εὐχαριστήριον ἀνέπεμπε τῷ Θεῷ προσευχήν· μεθ' ἣν ἐπῆγε λέγων· „νῦν ἀληθεῖ λόγῳ μακάριον οἶδ' ἐμαυτὸν, νῦν τῆς ἀθανάτου ζωῆς πεφάνθαι ἄξιον[1]), νῦν τοῦ θείου μετειληφέναι φωτὸς πεπίστευκα.“ Ἀλλὰ καὶ τάλανας ἀπεκάλει, ἀθλίους[2]) εἶναι λέγων, τοὺς τῶνδε τῶν ἀγαθῶν στερουμένους. Ἐπεὶ δὲ τῶν στρατοπέδων οἱ ταξίαρχαι καὶ καθηγεμόνες εἴσω παρελθόντες ἀπωδύροντο, σφᾶς αὐτοὺς ἐρήμους ἔσεσθαι ἀποκλαιόμενοι, ἐπηύχοντό τε ζωῆς αὐτῷ χρόνους, καὶ τούτοις ἀποκρινάμενος, νῦν ἔφη τῆς ἀληθοῦς ζωῆς ἠξιῶσθαι, μόνον τ' αὐτὸν εἰδέναι ὧν μετείληφεν ἀγαθῶν· διὸ καὶ σπεύδειν, μηδ' ἀναβάλλεσθαι τὴν πρὸς τὸν αὐτοῦ Θεὸν πορείαν. Εἶτ' ἐπὶ τούτοις τὰ προσήκοντα διετάττετο· καὶ Ῥωμαίους μὲν τοὺς τὴν βασιλίδα πόλιν οἰκοῦντας, ἐτίμα δόσεσιν ἐτησίοις[3]), τοῖς δ' αὐτοῦ παισὶν, ὥσπερ τινὰ πατρικὴν ὕπαρξιν, τὸν τῆς βασιλείας παρεδίδου κλῆρον, πάνθ' ὅσα φίλα ἦν αὐτῷ, διατυπωσάμενος.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΞΔ'.

Κωνσταντίνου τελευτὴ ἐν τῇ τῆς πεντηκοστῆς ἑορτῇ, μεσημβρίας.

Ἕκαστα δὲ τούτων ἐπὶ τῆς μεγίστης συνετελεῖτο ἑορτῆς, τῆς δὴ πανσέπτου καὶ παναγίας πεντηκοστῆς, ἑβδομάσι μὲν

---

tres orationes complere super caput eius, et septem dies velet caput eius, septimo die abstollat velamen. Sicut in baptismo presbyter septimo die velamen infantum tollit, ita et Abbas debet monacho, quia secundus baptismus est iuxta iudicium patrum, et omnia peccata dimittuntur sicut in baptismo. [Cf. *Augusti* Denkwürdigkeiten T. VII. p. 310 sqq.]

Cap. LXIII. 1) *Πεφάνθαι ἄξιον πεπίστευκα.* Ultimam vocem addiderunt typographi Genevenses ex libris Scaligeri et Bongarsii; quam etiam in Moraei libro adiectam inveni. Deest tamen in codice Regio, nec valde necessaria mihi videtur. In Fuk. autem codice et in libris Turnebi ac Savilii, verbum *πεπίστευκα* additur post vocem *φωτός*. Itaque error est tum in libro Moraei, tum in editione Genevensi. — 2) [*Ἀλλὰ καὶ τάλανας τε ἀπεκάλει καὶ ἀθλίους εἶναι λέγων* Cast. Zimm.] — 3) [*Ῥωμαίους — ἐτησίοις.* Idem tradit Socrat. H. E. I, 39.]

ἑπτὰ τετιμημένης, μονάδι τ' ἐπισφραγιζομένης[1]), καθ' ἣν τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν τοῦ κοινοῦ σωτῆρος, τήν τε τοῦ ἁγίου πνεύματος εἰς ἀνθρώπους κάθοδον, λόγοι γεγενῆσθαι περιέχουσι θεῖοι. Ἐν δὴ ταύτῃ τούτων ἀξιωθεὶς βασιλεύς, ἐπὶ τῆς ὑστάτης ἁπασῶν ἡμέρας, ἣν δὴ ἑορτὴν ἑορτῶν οὐκ ἄν τις διαμάρτοι καλῶν, ἀμφὶ μεσημβρινὰς ἡλίου ὥρας, πρὸς τὸν αὐτοῦ θεὸν ἀνελαμβάνετο, θνητοῖς μὲν τὸ συγγενὲς παραδοὺς ἔχειν, αὐτὸς δ' ὅσον ἦν αὐτοῦ τῆς ψυχῆς νοερόν τε καὶ φιλόθεον, τῷ αὐτοῦ θεῷ συναπτόμενος. Τοῦτο τὸ τέλος[2]) τῆς Κωνσταντίνου ζωῆς· ἀλλὰ γὰρ ἐπίωμεν ἐπὶ τὰ ἑξῆς.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΞΕ'.

Στρατιωτῶν καὶ ταξιαρχῶν ὀδυρμοί.

Δορυφόροι μὲν αὐτίκα καὶ πᾶν τὸ τῶν σωματοφυλάκων γένος, ἐσθῆτας περιῤῥηξάμενοι, σφᾶς τε αὐτοὺς ῥίψαντες ἐπ' ἐδάφους, τὰς κεφαλὰς ἤρασσον, κωκυτοὺς[1]), φωνὰς οἰμωγαῖς θ' ἅμα καὶ βοαῖς ἀφιέντες, τὸν δεσπότην, τὸν κύριον, τὸν βασιλέα, οὐχ οἷα δεσπότην, πατέρα δ' ὥσπερ, γνησίων παίδων δίκην, ἀνακαλούμενοι· ταξίαρχοι δὲ καὶ λοχαγοί, τὸν σωτῆρα, τὸν φύλακα, τὸν εὐεργέτην ἀνεκαλοῦντο· τά τε λοιπὰ στρατιωτικὰ σὺν παντὶ κόσμῳ τῷ πρέποντι, οἷα ἐν ἀγέλαις τὸν ἀγαθὸν ἐπόθουν ποιμένα· δῆμοι θ' ὡσαύτως τὴν σύμπασαν περιενόστουν πόλιν, τὸ τῆς ψυχῆς ἐνδόμυχον ἄλγος κραυγαῖς καὶ βοαῖς ἔκδηλον ποιούμενοι· ἄλλοι δὲ κατηφεῖς ἐπτοημένοις ἐῴκεσαν, ἑκάστου τε πένθος ἴδιον ποιουμένου[2]), αὐτόν τε κόπτον-

---

Cap. LXIV. 1) *Μονάδι τ' ἐπισφραγιζομένης.* Scribendum est *μονάδι δ' ἐπισφραγιζομένης*, ut in schedis Regiis habetur. [*δ'* Zimm.] Porro ex hoc loco apparet, pentecostem sumi non solum pro die illo qui est quinquagesimus a die paschali, sed etiam pro septem hebdomadis quae pascha subsequuntur. Ita passim usurpant tum Graeci tum Latini. Hieronymus in epistola ad Marcellam: *Non quo per totum annum excepta pentecoste ieiunare non liceat.* Hinc apud Graecos *μεσοπεντηκοστὴ* dicitur dies festus, qui est vicesimus quintus a festo paschali. Eius festi praeter ceteros meminit Ioannes Chrysostomus in homilia V. de Anna. [De verbis *ἑβδομάσι μὲν — ἐπισφραγιζομένης* verissime Stroth. ad h. l. „*Dieser heilige Unsinn in Menschensprache aufgelösst, heisst nichts anders, als: welches Fest am funfzigsten Tage nach Ostern gefeyert wird.*"] — 2) [*Τοῦτο τέλος* Val. *τοῦτο τὸ τέλος* Cast. Zimm.]

Cap. LXV. 1) *Κωκυτούς, φωνάς.* Ultima vox delenda est, tametsi in omnibus libris nostris habeatur. Mox scribendum est *τὸν εὐεργέτην ἀνεκαλοῦντο* ex codice Fuk. [Ita Zimm.] In schedis Regiis legitur *ἀνεκαλοῦντο*. — 2) *Ἑκάστου τε πένθος.* Scribendum est procul dubio *ἑκάστου τὸ πένθος*

τος, ὡσανεὶ τοῦ κοινοῦ ἁπάντων ἀγαθοῦ τῆς αὐτῶν ἀφῃρημένου ζωῆς.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΞϚʹ.

Μετακομιδὴ τοῦ σκήνους ἀπὸ Νικομηδείας ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐν παλατίῳ.

Ἄραντες δ' οἱ στρατιωτικοὶ
λάρνακι. Ταύτην θ' ἀλουργικῇ
μιζόν τ' εἰς τὴν βασιλέως ἐπώνυ
τῷ πάντων προφέροντι τῶν βασ
ὑψηλῶν κατετίθεντο· φῶτά τ'
χρυσῶν, θαυμαστὸν θέαμα τοῖς ὁ
νὸς πώποτ' ἐφ' ἡλίου αὐγαῖς ἐκ πρώτης αἰῶνος συστάσεως ἐπὶ γῆς ὤφθη. Ἔνδον γάρ τοι ἐν αὐτῷ παλατίῳ κατὰ τὸ μεσαίτατον τῶν βασιλείων, ἐφ' ὑψηλῆς κείμενον χρυσῆς λάρνακος τὸ βασιλέως σκῆνος, βασιλικοῖς τε κόσμοις, πορφύρᾳ τε καὶ διαδήματι τετιμημένον, πλεῖστοι περιστοιχισάμενοι, ἐπαγρύπνως δι' ἡμέρας καὶ νυκτὸς ἐφρούρουν.

ἴδιον ποιουμένου. [Ita scripsit Zimmerm.] De publico omnium luctu in funere Constantini Magni idem testatur Aurelius Victor his verbis: *Funus relatum in urbem sui nominis. Quod sane populus Rom. aegerrime*
tulit: quippe cuius armis, legibus
urbem Rom. arbitraretur. Scio qu
telligi posse de civibus Romanis, q
daver Constantinopoli potius quam
Victorem aliud sensisse existimo;
obitum Constantini acerbissime tuli
quentibus verbis: *Quippe cuius arm*
novatum orbem Romanum arbitra
autem *urbem Romanam.* [Immode
stantini obitu luctus qualis ab Eu
Christianorum placitis nullo modo c
sianorum p. 191 sqq. *Augusti* Den
qui gentilem lugendi morem salvo
927 sqq. ed. *Reitz.*]

Cap. LXVI. 1) *Ἁλουργικῇ ἁλουργίδι.* Alterutra vox superflua est. Certe Fuk. codex posteriorem tantum habet, cui subscribit liber Turnebi. [Cf. cap. LXV. not. 1. H. E. X, 7. T. III. p. 268. Ad rem vid. *Augusti* Denkwürdigkeiten T. IX. p. 555 sq.] — 2) *Ἐν αὐτῷ τοῦ παντὸς προφέροντι.* Rectius in Fuk. ac Turnebi libro legitur *ἐν αὐτῷ τῷ πάντων προφέροντι τῶν βασιλείων οἴκων.* Sed omnino scribendum est *οἴκῳ*, ut supra in lib. III. cap. 10. [Zimm. *οἴκῳ* scripsit.]

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΞΖʹ.

Ὅπως καὶ μετὰ θάνατον ὑπὸ κομήτων καὶ λοιπῶν, καθὼς καὶ ἐν τῷ ζῆν, ἐτιμᾶτο.

Οἱ δέ γε τοῦ παντὸς στρατοῦ καθηγεμόνες, κόμητές τε καὶ πᾶν τὸ τῶν ἀρχόντων τάγμα, οἷς τὸν βασιλέα καὶ νόμος πρότερον ἦν προσκυνεῖν, μηδὲν τοῦ συνήθους ὑπαλλαξάμενοι τρόπου, τοῖς δέουσι καιροῖς εἴσω παριόντες, τὸν ἐπὶ τῆς λάρνακος βασιλέα, οἷά περ ζῶντα καὶ μετὰ θάνατον, γονυκλινεῖς ἠσπάζοντο¹)· μετὰ δὲ τοὺς πρώτους ταῦτ᾽ ἔπραττον παριόντες, οἵ τ᾽ ἐξ αὐτῆς συγκλήτου βουλῆς, οἵ τ᾽ ἐπ᾽ ἀξίας²) πάντες· μεθ᾽ οὓς ὄχλοι παντοίων δήμων, γυναιξὶν ἅμα καὶ παισὶν ἐπὶ τὴν θέαν παρῄεσαν. Συνετελεῖτο δὲ ταῦτα οὕτω χρόνῳ μακρῷ, τῶν στρατιωτικῶν οὕτω μένειν τὸ σκῆνος καὶ φυλάττεσθαι βουλευσαμένων, ἔστ᾽ ἂν οἱ αὐτοῦ παῖδες ἀφικόμενοι³), τῇ δι᾽ ἑαυτῶν κομιδῇ τὸν πατέρα τιμήσειαν. Ἐβασίλευε δὲ μετὰ θάνατον μόνος⁴) θνητὸς ὁ μακάριος, ἐπράττετό τε τὰ συνήθη, ὡσανεὶ καὶ ζῶντος αὐτοῦ, τοῦτο μονωτάτῳ αὐτῷ ἀπ᾽ αἰῶνος τοῦ θεοῦ δεδωρημένου. Μόνος γοῦν, ὡς οὐδ᾽ ἄλλος αὐτοκρατόρων τὸν παμβασιλέα θεὸν, καὶ τὸν Χριστὸν αὐτοῦ παντοίαις τιμήσας πράξεσιν, εἰκότως τούτων ἔλαχε μόνος, καὶ τὸ θνητὸν αὐτοῦ βασιλεύειν ἐν ἀνθρώποις ὁ ἐπὶ πάντων ἠξίου θεὸς, ὧδ᾽ ἐπιδεικνὺς τὴν ἀγήρω καὶ ἀτελεύτητον τῆς ψυχῆς βασιλείαν

Cap. LXVII. 1) [*Γονυκλινεῖς ἠσπάζοντο.* Vid. *Gothofredi* dissert. ad Philostorg. II, 18. p 90 sqq.] — 2) *Οἵ τ᾽ ἐπ᾽ ἀξίας.* Id est, *honorati.* Sic Latini vocabant eos qui honores gesserant, ut fuse notavi ad librum XIV. Amm. Marcellini. Quibus adde locum Gaudentii Brixiensis episcopi in epistola ad Benevolum: *Nam sicut honoratorum nostrae urbis, ita etiam dominicae plebis, domino annuente, dignissimum caput es.* Graeci autem vocare solent τοὺς ἐν ἀξιώμασιν. Ita Chrysostomus epist. XIV. ad Olympiadem: πάντες εὐθέως εἰσελθόντα με ἐν Καισαρείᾳ, οἱ ἐν ἀξιώμασιν, οἱ ἀπὸ βικαρίων, οἱ ἀπὸ ἡγεμόνων, οἱ ἀπο τριβούνων. — 3) [*Οἱ αὐτοῦ παῖδες ἀφικόμενοι.* Vid. *Gothofredi* dissert. ad Philostorg. II, 17. p. 88 sq.] — 4) *Ἐβασίλευε δὲ μετὰ θάνατον μόνος.* Post obitum Constantini, interregnum fuit, nec ullus in orbe Romano augustus imperavit. Quod quidem interregnum non modo usque ad Constantini sepulturam permansit, sed usque ad diem 5. Idus Septembres, ut testatur Idatius in fastis. Ita tribus mensibus ac dimidio, orbis Romanus sine augusto imperio fuit. Quippe toto illo tempore quod ab 11. Cal. Iunias usque ad 5. Idus Septembris intercedit, filii eius caesares tantum dicebantur. Certe Constantinus iunior in epistola ad Alexandrinos quae data est post obitum patris, Feliciano et Titiano Coss. die 15. Cal. Iulias, caesar duntaxat inscribitur. Extat haec epistola apud Athanasium in apologia 2. sub finem.

τοῖς μὴ τὸν νοῦν λελιθωμένοις. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὧδέ πη συνετελεῖτο.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΞΗ'.

Ὅπως αὐγούστους εἶναι λοιπὸν τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ τὸ στρατόπεδον ἔκρινεν.

Τῶν δὲ στρατιωτικῶν ταγμάτων ἐκκρίτους ἄνδρας, πίστει καὶ εὐνοίᾳ πάλαι[1]) βασιλεῖ γνωρίμους, οἱ ταξίαρχοι διεπέμποντο, τὰ πεπραγμένα τοῖς καίσαρσιν ἔκδηλα καθιστῶντες. Καὶ οἵδε μὲν τάδ' ἔπραττον· ὥσπερ δ' ἐξ ἐπιπνοίας κρείττονος, τὰ πανταχοῦ στρατόπεδα τὸν βασιλέως πυθόμενα θάνατον, μιᾶς ἐκράτει γνώμης, ὡσανεὶ ζῶντος αὐτοῖς τοῦ μεγάλου βασιλέως, μηδένα γνωρίζειν ἕτερον, ἢ μόνους τοὺς αὐτοῦ παῖδας Ῥωμαίων αὐτοκράτορας. Οὐκ εἰς μακρὸν δ' ἠξίουν, μὴ καίσαρας· ἐντεῦθεν δ' ἤδη τοὺς ἅπαντας χρηματίζειν αὐγούστους· ὃ δὴ καὶ μέγιστον τῆς ἀνωτάτω βασιλείας γίγνοιτ' ἂν[2]) σύμβολον. Οἱ μὲν οὖν ταῦτ' ἔπραττον, τὰς οἰκείας ψήφους τε καὶ φωνὰς διὰ γραφῆς ἀλλήλοις διαγγέλλοντες· ὑπὸ μίαν τε καιροῦ ῥοπὴν τοῖς ἁπανταχοῦ πᾶσιν ἐγνωρίζετο ἡ τῶν στρατοπέδων συμφωνία[3]).

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΞΘ'.

Ῥώμης ἐπὶ Κωνσταντίνῳ πένθος, καὶ διὰ τῶν εἰκόνων τιμὴ μετὰ θάνατον.

Οἱ δὲ τὴν βασιλίδα πόλιν οἰκοῦντες, αὐτῇ συγκλήτῳ καὶ δήμῳ Ῥωμαίων, ὡς τὴν βασιλέως ἐπέγνωσαν τελευτήν, δεινὴν καὶ πάσης συμφορᾶς ἐπέκεινα τὴν ἀκοὴν θέμενοι, πένθος ἄσχετον ἐποιοῦντο· λουτρὰ δὴ ἀπεκλείετο καὶ ἀγοραί, πάνδημοί τε θέαι, καὶ πάνθ' ὅσ' ἐπὶ ῥαστώνῃ βίου τοῖς εὐθυμουμένοις πράττειν ἔθος ἦν. Κατηφεῖς δ' οἱ πάλαι τρυφηλοί, τὰς προόδους ἐποιοῦντο· ὁμοῦ θ' οἱ πάντες τὸν μακάριον ἀνευφήμουν, τὸν θεοφιλῆ, τὸν ὡς ἀληθῶς τῆς βασιλείας ἐπάξιον· καὶ οὐ ταῦτα βοαῖς ἐφώνουν μόνον, εἰς ἔργα δὲ χωροῦντες, εἰκόνος

Cap. LXVIII. 1) [*Παρὰ βασιλεῖ* Ion.] — 2) [*Γένοιτ' ἂν* Cast. Statim post dedi *Οἱ μὲν* pro *οἳ μὲν* quod male Val. Read. Zimm.] — 3) [*Ὑπὸ μίαν — στρατοπέδων συμφωνία*. Vid. *Gibbon*. Geschichte des R. R. übersetzt von Schreiter T. IV. p. 193 sqq.]

ἀναθήμασιν οἷα περ ζῶντα καὶ τεθνηκότα αὐτὸν ἐτίμων, οὐρανοῦ μὲν σχῆμα διατυπώσαντες ἐν χρωμάτων γραφῇ, ὑπὲρ ἁψίδων οὐρανίων ἐν αἰθερίῳ διατριβῇ διαναπαυόμενον αὐτὸν τῇ γραφῇ παραδιδόντες· τοὺς δ' αὐτοῦ παῖδας καὶ οὗτοι μόνους καὶ οὐδ' ἄλλους, αὐτοκράτορας καὶ σεβαστοὺς ἀνεκάλουν, βοαῖς τ' ἐχρῶντο ἱκετηρίοις, τὸ σκῆνος τοῦ σφῶν βασιλέως[1]) παρ' αὐτοῖς κομίζοντες, καὶ τῇ βασιλίδι πόλει κατατίθεσθαι ποτνιώμενοι.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ο'.

Κατάθεσις τοῦ σκηνώματος ὑπὸ Κωνσταντίου παιδὸς ἐν Κωνσταντινουπόλει.

Ἀλλὰ καὶ οἵδε ταύτῃ τὸν παρὰ θεῷ τιμώμενον ἐκόσμουν· ὁ δὲ τῶν παίδων δεύτερος[1]) τῷ τοῦ πατρὸς ἐπιστὰς σκήνει, τῇ πόλει τοῦτο προσεκόμιζεν[2]), αὐτὸς ἐξάρχων τῆς ἐκκομιδῆς·

Cap. LXIX. 1) Τὸ σκῆνος τοῦ σφῶν βασιλέως. Idem testatur Aurelius Victor his verbis: *Funus relatum in urbem sui nominis. Quod sane populus Romanus aegerrime tulit: quippe cuius armis, legibus, clementi imperio quasi novatam urbem Rom. arbitraretur.* [Cf. *F. Hofmann.* de Constantini M. sepulcro, Lips. 1760. 4.]

Cap. LXX. 1) Ὁ δὲ δεύτερος τῶν παίδων. Constantius caesar, quem pater orienti praefecerat, audita patris valetudine iter arripuerat, ut parentem suum ante obitum videret. Sed morbi vis desiderium filii frustrata est. Nam cum Nicomediam venisset, patrem iam defunctum reperit, ut scribit Iulianus in oratione prima de laudibus Constantii pag. 29. Cum Iuliano consentiunt etiam ceteri historiae scriptores. Solus Zonaras Constantium caesarem qui tunc erat Antiochiae, vivente adhuc patre supervenisse scribit, eique mortuo funus magnificentissimum duxisse. — 2) Τῇ πόλει τοῦτο προσεκόμιζεν. Penultima vox addita est a viris doctis, ex coniectura ut opinor. Videtur tamen aliquid amplius deesse, ac fortasse ita scripserat Eusebius: τῇ ἐκείνου ἐπωνύμῳ πόλει. [Hoc ipsum sequens vertit Val.: *„in urbem patri cognominem."* Contra Stroth. simpliciter: *„nach Constantinopel"*. Cast. habet τῇ πόλει τοῦτο αὐτὸς, unde Zimmerm. ad h. l. non male coniicit legendum esse: τῇ π. τοῦτο αὐτοῦ, quo fere eadem sententia prodiret quae pluribus illis a Val. coniectis τῇ ἐκείνου ἐπωνύμῳ πόλει. Posset etiam aptius scribi τῇ πόλει τούτου αὐτός. Vocabulum certe τοῦτο uncis inclusum a Val., his ipsis liberavi cum Zimm.] Ex his patet, Constantini cadaver honorifico cultu servatum esse Nicomediae, usque ad Constantii caesaris adventum. Qui cum venisset Nicomediam, patris funus deduxit Constantinopolim. Quare fallitur auctor chronici Alexandrini, qui Constantium recta Constantinopolim venisse, atque ibi paternas exequias celebrasse scribit. [Animadvertit tamen *Lowthius* ad h. l., supra cap. LXVI. Eusebium affirmare videri, corpus Constantini deportatum esse Constantinopolim, ante adventum Constantii, id quod Socrates, Sozomenus et Theodoretus revera affirmant. Sed Eusebius, ut ipse *Lowthius* ait, videtur tantum illud affirmare cap. LXVI., ubi cum minime expressis verbis neget quod hoc cap. LXX. aperte affirmat, ipse quidem nihil

ἠγεῖτο δὲ κατὰ στῖφος τὰ στρατιωτικὰ τάγματα, εἵπετό τε πληθὺς[3]) μυρίανδρος, λογχοφόροι τε καὶ ὁπλῖται τὸ βασιλέως περιεῖπον σῶμα. Ὡς δὲ ἐπὶ τὸν τῶν ἀποστόλων τοῦ σωτῆρος νεὼν παρῆσαν, ἐνταυθοῖ τὴν λάρνακα διανέπαυον. Καὶ βασιλεὺς μὲν νέος Κωνστάντιος ὧδέ πη κοσμῶν τὸν πατέρα, τῇ τε παρουσίᾳ, καὶ τῆς εἰς αὐτὸν καθήκουσι, τὰ τῆς πρεπούσης ὁσίας ἀπεπλήρου.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΟΑ'.

Σύναξις ἐν τῷ καλουμένῳ μαρτυρίῳ τῶν ἀποστόλων ἐπὶ τῇ Κωνσταντίνου τελευτῇ.

Ἐπεὶ δ' ὑπεχώρει[1]) σὺν τοῖς στρατιωτικοῖς τάγμασι, μέσοι δὴ παρῆεσαν οἱ τοῦ θεοῦ λειτουργοὶ, σὺν αὐτοῖς πλήθεσι, πανδήμῳ τε θεοσεβείας λαῷ, τά τε τῆς ἐνθέου λατρείας δι' εὐχῶν ἀνεπλήρουν[2]). Ἔνθα δὴ ὁ μὲν μακάριος ἄνω κείμενος ἐφ' ὑψηλῆς κρηπῖδος ἐδοξάζετο, λεὼς δὲ παμπληθὴς σὺν τοῖς τῷ θεῷ ἱερωμένοις, οὐ δακρύων ἐκτὸς, σὺν κλαυθμῷ δὲ πλείονι, τὰς εὐχὰς ὑπὲρ τῆς βασιλέως ψυχῆς ἀπεδίδοσαν τῷ θεῷ, τὰ καταθύμια τῷ θεοφιλεῖ πληροῦντες· κἀν τούτῳ τοῦ θεοῦ πρὸς τὸν αὐτοῦ θεράποντα εὐμένειαν ἐνδειξαμένου, ὅτι δὴ καὶ [μετὰ][3]) τέλος αὐτοῦ τοῖς ἀγαπητοῖς καὶ γνησίοις υἱοῖς διαδόχοις τὴν βασιλείαν ἐδωρεῖτο[4]), καὶ κατὰ τὰ σπουδασθέντα αὐτῷ[5]) σὺν

---

aliud credidisse videtur, nisi cum adventu demum Constantii corpus Constantini Constantinopolim delatum esse. Sed hoc vix posse statui, imo contrariam aliorum sententiam unice veram esse, recte monuit *Manso* Leben Constantins p. 201 sq. not. i.] — 3) [Πληθὺς scripsi pro πλῆθος, monente Readingo in Corrigendis ad h. l., ubi: „*quanquam, inquit, in utraque Parisiensi editione sit* πλῆθος, *lege tamen cum Stephano* πληθὺς, *ut congruat cum* μυρίανδρος."]

Cap. LXXI. 1) Ἐπεὶ δ' ὑπεχώρει. Horum verborum duplex sensus afferri potest. Aut enim significat Eusebius, Constantium caesarem cum patris arcam in ecclesia deposuisset, statim cum militibus ex ecclesia discessisse; aut id tantum vult, Constantium ea re peracta, secessisse ex medio ecclesiae, ut sacerdotibus locum daret. Quam quidem sententiam veriorem puto. Nam Constantius licet nondum salutari lavacro tinctus esset, erat tamen catechumenus, ut docet Sulpicius Severus in libro secundo historiae. — 2) [Τά τε — ἀνεπλήρουν. Vid. *Augusti* Denkwürdigkeiten T. IX. p. 565 sq. VI.] — 3) [Μετὰ Zimm. deletis uncis.] — 4) Βασιλείαν ἐδωρεῖτο. Interpretes haec de deo dici crediderunt, qui imperium Constantini liberis donavit. Ego vero re attentius examinata, de ipso Constantino dici censeo, qui regnum filiis etiam mortuus tradidit. Idque confirmant sequentia. — 5) Καὶ τὰ σπουδασθέντα αὐτῷ. Scriben-

τῇ τῶν ἀποστόλων κατηξιοῦτο μνήμῃ[6]) τὸ τῆς τρισμακαρίας ψυχῆς σκῆνος, τῷ τῶν ἀποστόλων προσρήματι συνδοξαζόμενον, καὶ τῷ τοῦ θεοῦ λαῷ συναγελαζόμενον, θεσμῶν τε θείων καὶ μυστικῆς λειτουργίας ἀξιούμενον, καὶ κοινωνίας ὁσίων ἀπολαῦον εὐχῶν· αὐτὸς δὲ τῆς βασιλείας[7]) καὶ μετὰ θάνατον ἐπειλημμένος, ὥσπερ οὖν ἐξ ἀναβιώσεως τὴν σύμπασαν ἀρχὴν διοικῶν, νικητὴς, μέγιστος σεβαστὸς[8]) αὐτῷ προσρήματι τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας κρατεῖ[9]).

---

dum videtur καὶ κατὰ τὰ σπουδασθέντα αὐτῷ. Optaverat Constantinus, ut post obitum, non sicut reliqui principes, consecraretur atque inter divos referretur, sed ut cum apostolis sepultus, particeps fieret orationum, quae in eorum honorem a fidelibus deo offerri solent, ut supra dixit Eusebius in cap. 60. Ex quo apparet, hic scribendum esse κατὰ, non ut in libro Moraei et ad marginem editionis Genevensis διὰ τὰ σπουδασθέντα. Nec sic tamen locus integer fuerit, nisi haec verba suppleantur: τῶν ἐπιτελουμένων εὐχῶν σὺν τῇ etc. Quod confirmat Eusebius in dicto capite 60. Delendum quoque est punctum, quod paulo post apponitur tum in Regio codice, tum in vulgatis editionibus; legendumque uno ductu σὺν τῇ τῶν ἀποστόλων κατηξιοῦτο μνήμῃ τὸ τῆς τρισμακαρίας ψυχῆς σκῆνος etc. Quo nihil certius: ut mirer interpretem id non vidisse. In codice Fuk. hic locus ita legitur: καὶ διὰ τὰ σπουδασθέντα αὐτῷ, τόπου σὺν τῇ τῶν ἀπ. κατηξιοῦτο μνήμῃ, ὡς ὁρᾶν εἰσέτι καὶ νῦν τὸ etc. Neque aliter in libris Turnebi ac Savilii: nisi quod Savilius habet τόπου ἐπὶ τῇ τῶν ἀπ. etc. At in schedis Regiis hunc locum ita scriptum inveni: κατασπουδασθέντα αὐτοῦ, τόπου σὺν τῇ τῶν ἀπ. etc. Quae lectio ad emendationem nostram propius accedit. Porro voces illae ὡς ὁρᾶν εἰσέτι καὶ νῦν, per parenthesim dicuntur. Idque innuit illa codicis Fuketiani interpunctio, quam supra exhibui. [Vid. Excurs. VI.] — 6) [Μνήμῃ, ὡς ὁρᾶν εἰσέτι καὶ νῦν τὸ Ion.] — 7) Αὐτὸν δὲ τῆς βασιλείας. Scribo αὐτὸς δὲ τῆς β. καὶ μετὰ θάνατον ἐπειλημμένος, quod confirmant sequentia. Atque ita in codice Fuk. diserte scriptum inveni. [Particulam vero καὶ Val. uncis inclusit quos cum Zimm. delevi.] — 8) Νικητὴς, μέγιστος σεβαστός. Huiusmodi erat inscriptio, legibus et epistolis Constantini praefigi solita, ut passim testatur Eusebius: *Victor Constantinus Maximus Augustus.* Pronomen Victoris sumpsit Constantinus post partam de tyrannis victoriam. Sed et filii ipsius quasi hereditario iure illud retinuerunt, ut docent eorundem epistolae. Porro ex hoc loco apparet, post obitum Constantini Maximi, tribus circiter mensibus, id est, toto interregni spatio, leges omnes atque edicta Constantini tanquam superstitis nomine inscripta fuisse, cum nullus alius augustus esset in orbe Romano, ut supra observavi. Potest etiam intelligi hic locus de liberis Constantini magni qui eodem titulo et nomine utebantur, et in quibus pater reviviscere videbatur. Quam interpretationem confirmant sequentia. [Vid. Excurs. VI.] — 9) Ἡγεμονίας κρατεῖν. Scribo ἐκράτει, ut respondeat ei verbo quod multo ante praecessit, κατηξιοῦτο. Porro in codice Regio ad marginem huius capitis, Graecus Scholiastes haec verba in honorem Constantini adscripserat: εἰς αἰώνιον μνημόσυνόν ἐστι τὸ ὄνομά σου, ἀποστόλων τρισκαιδέκατε. Sed et passim in hoc opere laudibus ac votis eum aspergit idem ille scriba. In Fuk. codice scribitur κρατεῖ.

Cap. LXXII. 1) [Τὸν Αἰγύπτιον ὄρνιν. Steph. Αἰγύπτιον ὄρνιν. Ad rem vid. Tacit. annall. lib. VI. „*Paulo Fabio, L. Vitellio Coss. post longum seculorum ambitum avis Phoenix in Aegyptum venit, praebuitque materiem doctissimis indigenarum et Graecorum, multa super eo*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΟΒ'.

Περὶ Φοίνικος ὀρνέου.

Οὐ κατὰ τὸν Αἰγύπτου ὄρνιν[1]· ὃν δή φασι μονογενῆ ὄντα τὴν φύσιν, θνήσκειν μὲν ἐπ' ἀρωμάτων, αὐτὸν αὐτῷ τὴν τελευτὴν θυηπολοῦντα, ἀναβιώσκειν δ' ἐξ αὐτῆς σποδιᾶς, καὶ ἀναπτάντα τοιοῦτον οἷος καὶ πρότερον ἦν φῦναι· κατὰ δὲ τὸν αὐτοῦ σωτῆρα, ὃς τῷ τοῦ πυροῦ σπόρῳ παραπλησίως ἀνθ' ἑνὸς πολυπλασιαζόμενος, σὺν εὐλογίᾳ θεοῦ παρεῖχε τὸν στάχυν, καὶ τὴν σύμπασαν οἰκουμένην τῶν αὐτοῦ κατενεπίμπλα καρπῶν. Τούτῳ οὖν ἐμφερῶς ὁ τρισμακάριος, πολυπλασίως[2]) διὰ τῆς τῶν παίδων διαδοχῆς ἀνθ' ἑνὸς ἐγίγνετο, ὡς καὶ εἰκόνων ἀναστάσεσι παρὰ πᾶσιν ἔθνεσιν ἅμα τοῖς αὐτοῦ τιμᾶσθαι παισὶν, οἰκεῖόν τε τοὔνομα Κωνσταντίνου, καὶ μετὰ τὴν τοῦ βίου παραλαμβάνεσθαι τελευτήν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΟΓ'.

Ὅπως ἐν νομίσμασιν, ὡς εἰς οὐρανὸν ἀνιόντα Κωνσταντῖνον ἐνεχάρασσον.

Ἤδη δὲ καὶ νομίσμασιν ἐνεχαράττοντο τύποι, πρόσθεν μὲν ἐντυποῦντες τὸν μακάριον, ἐγκεκαλυμμένον τὴν κεφαλὴν σχήματι[1]), θατέρου δὲ μέρους ἐφ' ἅρματι τεθρίππῳ ἡνιόχου

---

miraculo disserendi. Ideo quibus congruant et plura ambigua, sed cognitu non absurda, promere libet. Sacrum Soli id animal, et ore ac distinctu pennarum a ceteris avibus diversum, consentiunt qui formam eius definiere. De numero annorum varia traduntur, maxime vulgatum quingentorum spatium. Sunt qui asseverent, mille quadringentos sexaginta unum interiici, prioresque alites Sesoride primum, post Amaside imperantibus, dein Ptolemaeo qui ex Macedonibus tertius regnavit, in civitatem cui Heliopolis nomen, advolavisse, multo ceterarum volucrum comitatu, novam faciem mirantium" etc. Herodot. II, 73. p. 137 sq. ed. *Wesseling*. Plin. X, 2. *Creuzer* Symbolik T. I. p. 441 sqq. ed. II. Miraculosas autem de ave illa relationes quae apud gentiles illos scriptores leguntur, magis etiam exornasse et in rem suam convertisse Christianos doctores quis est qui nesciat? Vide Clementis Rom. epist. I. ad Corinth. c. 26. Tertullian. de resurrectione carnis c. XII. XIII., Constitt. apostoll. V, 5] — 2) *Πολυπλασίως*. Savilius ad oram libri sui notat legendum esse *πολυπλάσιος*, cui assentior. Mallem tamen *πολυπλασίων*. Quod ab Eusebio positum esse videtur pro *πολλαπλασίων*. Ita enim Graeci efferre solent, *πολλαπλάσιος* et *πολλαπλασίων* potius quam *πολυπλάσιος* et *πολυπλασίων*.

Cap. LXXIII. 1) *Ἐγκεκαλυμμένον τὴν κεφαλὴν σχήματι*. Ultima vox delenda mihi videtur, quam ex margine in textum irrepsisse credibile est.

τρόπον, ὑπὸ δεξιᾶς ἄνωθεν ἐκτεινομένης αὐτῷ χειρὸς ἀναλαμβανόμενον.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΟΔ'.

Ὅτι ὁ τιμηθεὶς ὑπ' αὐτοῦ Θεὸς, δικαίως αὐτὸν ἀντετίμησε.

Ταῦθ' ἡμῖν αὐτοῖς δείξας ὀφθαλμοῖς, ἐπὶ μόνῳ τῶν πώποτε Χριστιανῶν διαφανῶς[1]) ἀποδειχθέντι Κωνσταντίνῳ ὁ ἐπὶ πάντων Θεὸς[2]), ὁπόσον ἦν ἄρα αὐτῷ[3]) τὸ διάφορον παρεστήσατο, τῶν αὐτόν τε καὶ τὸν Χριστὸν αὐτοῦ σέβειν ἠξιωμένων, τῶν τε τὴν ἐναντίαν ἑλομένων· οἳ τὴν ἐκκλησίαν αὐτοῦ πολεμεῖν ὡρμηκότες, αὐτὸν αὐτοῖς ἐχθρὸν καὶ πολέμιον κατεστήσαντο, τῆς ἐφ' ἑκάστῳ τοῦ βίου καταστροφῆς, ἐναργῆ τὸν ἔλεγχον τῆς αὐτῶν θεοεχθρίας ἐνδειξαμένης· ὥσπερ οὖν τῆς θεοφιλείας τὰ ἐχέγγυα, τὸ Κωνσταντίνου τοῖς πᾶσι φανερὸν κατέστησε τέλος.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΟΕ'.

Ὅτι τῶν προγενομένων Ῥωμαίων βασιλέων εὐσεβέστερος Κωνσταντῖνος.

Μόνου μὲν Ῥωμαίων βασιλέως[1]) τὸν παμβασιλέα Θεὸν ὑπερβολῇ θεοσεβείας τετιμηκότος, μόνου δὲ τοῖς πᾶσι πεπαῤ-

---

Adscriptum autem erat in margine ὀχήματι, ad explicationem vocabuli sequentis ἅρματι. Quod vero ad marginem editionis Genevensis legitur διαδήματι, meo quidem iudicio ineptissimum est. Neque Graeci sermonis proprietas eam locutionem admittit. Porro in plerisque nummis Constantinus capite galeato conspicitur.

Cap. LXXIV. 1) Χριστιανῶν διαφανῶς. Scribendum est sine dubio Χριστιανῷ. Scribendum quoque est μόνῳ τῶν πώποτε βασιλέων, aut certe subaudiendum. Ceterum Eusebius neminem excipit ex numero imperatorum Romanorum, dum ait primum ex omnibus Constantinum palam et aperte Christianum fuisse. Quod certe verissimum est. Etsi enim Philippus imperator Christianus fuisse a nonnullis proditur, non tamen Christianam religionem, perinde ac Constantinus, palam professus est. Alio sensu Orosius in libro VII. de Constantino ita scribit: *Primus imperatorum Christianus, excepto Philippo, qui Christianus annis admodum paucis ad hoc tantum constitutus fuisse mihi visus est, ut millesimus Romae annus Christo potius quam idolis dedicaretur.* [Paulo ante ὑμῶν Cast. Zimm. pro ἡμῖν.] — 2) [Ὁ ἐπὶ πάντων Θεός. Vid. II, 47. not. 4. Add. IV, 29. Rom. IX, 5. *Schultheß* theologische Annalen mens. Iun. a. 1829. p. 508 sqq.] — 3) Ὁπόσον ἦν ἄρα αὐτῷ. Malim legere ὁπόσον ἦν παρ' αὐτῷ τὸ διάφορον etc. Id est, quantum apud se discrimen esset.

Cap. LXXV. 1) [Βασιλέων Ion. Zimm.]

βεβαιωσάμενος τὸν τοῦ Χριστοῦ κηρύξαντος λόγον, μόνου τ' εἰς τὴν ἐκκλησίαν αὐτοῦ, ὡς οὐδέτερος τῶν ἐξ αἰῶνος, δοξάσαντος, μόνου τε πᾶσαν πολύθεον πλάνην καθελόντος, πάντα τε τρόπον εἰδωλολατρείας ἀπελέγξαντος· καὶ δὴ καὶ μόνου τοιούτων ἠξιωμένου ἐν αὐτῇ τε ζωῇ καὶ μετὰ θάνατον, οἵων οὐκ ἄν τις τυχόντα οἷός τ' ἂν γένοιτο ἐξειπεῖν τινα, οὔτε παρ' Ἕλλησιν, οὔτε παρὰ βαρβάροις, οὐδέ γε παρ' αὐτοῖς τοῖς ἀνωτάτω Ῥωμαίοις, οὐδενὸς τοιούτου τινὸς εἰς ἡμᾶς ἐκ τοῦ παντὸς αἰῶνος μνημονευομένου.

ΒΑΣΙΛΕΩΣ*) ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ

ΛΟΓΟΣ**)

ΟΝ ΕΓΡΑΨΕ***) ΤΩ͂ι ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΣΥΛΛΟΓΩ͂ι.

Τοῦ πέμπτου λόγου τὰ κεφάλαια.

α'. Τὸ προοίμιον τοῦ πάσχα μέμνηται, καὶ οἷα ὁ τοῦ θεοῦ λόγος ὠφελήσας σύμπαντας διαφόρως, παρὰ τῶν ὠφελουμένων ἐπεβουλεύετο.

β'. Προσφώνησις τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ τοῖς ἀκροαταῖς, συγγινώσκειν καὶ διορθοῦσθαι τὰ πταίσματα.

γ'. Ὅτι καὶ τοῦ λόγου πατὴρ ὁ θεὸς, καὶ τῆς κτίσεως ὁ αὐτὸς δημιουργὸς, καὶ οὐκ ἂν ἠδύνατο συνεστάναι τὰ ὄντα, εἰ διάφορα ἦν αὐτῶν τὰ αἴτια.

δ'. Περὶ τῆς κατὰ εἴδωλα πλάνης.

ε'. Ὅτι Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ πάντα ἐδημιούργησε, καὶ τοῦ εἶναι τὸ ποσὸν ἐν ἑκάστῳ διωρίσατο.

---

*) [*Βασιλέως — συλλόγῳ.* Ad titulum orationis Constantini: *Βασιλέως* etc. in cod. Ion. annotantur teste Readingo in Varr. Lectt. p. 798. haec: „hunc titulum talem esse debere; cap. 32. lib. IV. de vita Const. et cap. 22. huius orationis declarant.“] — **) *Λόγος.* Post quatuor libros de vita et pietate imperatoris Constantini, duas orationes Eusebius subiecerat, alteram Constantini imp. ad sanctorum coetum, sive ad ecclesiam dei, alteram a se ipso conscriptam de fabrica et donariis martyrii Hierosolymitani, ut ipsemet Eusebius testatur in cap. 32. et 46. libri quarti. Sed posterior quidem Eusebii oratio hodie non exstat. Prior autem illa tot mendis inquinata est, ut paene satius fuerit eam non extare. Verum cum hoc eximium sit monumentum religiosi principis, eiusque studiorum et ingenii illustre specimen, operae pretium facturus mihi videor, si in eo emendando atque explicando curam ac diligentiam adhibuero. [Cf. Excurs. II. extr.] — ***) *Ὃν ἔγραψε.* In capite 32. lib. IV. legitur *ἐπέγραψε*, quod praeferendum puto. Hic igitur titulus fuit huiusce orationis: *Νικητὴς, μέγιστος σεβαστὸς Κωνσταντῖνος τῷ τῶν ἁγίων συλλόγῳ.*

ϛʹ. *Περὶ τῆς εἱμαρμένης, ὅτι ψευδὴς ὁ περὶ αὐτῆς λόγος δείκνυται, ἔκ τε τῶν παρὰ ἀνθρώποις νόμων, καὶ τῶν κατὰ τὴν κτίσιν· ἅ τινα οὐκ ἀτάκτως, ἀλλὰ κατὰ τάξιν κινεῖται. τοῦ δημιουργοῦ τὸν ὅρον διὰ τῆς τάξεως ἐπιδεικνύμενα.*

ζʹ. *Ὅτι περὶ τῶν ἀκαταλήπτων, τοῦ δημιουργοῦ χρὴ τὴν σοφίαν δοξάζειν, καὶ οὐκ ἄλλον οὐδ᾽ αὐτόματον αἰτιᾶσθαι φοράν.*

ηʹ. *Ὅτι τὰ μὲν χρειώδη, ἀφθόνως τοῖς ἀνθρώποις ὁ θεὸς χορηγεῖ· τὰ δὲ πρὸς τέρψιν, μετρίως, συμφερόντως ἑκατέρων χορηγῶν τὴν ἀπόλαυσιν.*

θʹ. *Περὶ τῶν φιλοσόφων, οἳ διὰ τὸ πάντα βούλεσθαι εἰδέναι, καὶ περὶ τὰς δόξας ἐσφάλησαν, καὶ κινδύνοις ἔνιοι προσωμίλησαν· καὶ περὶ τῶν Πλάτωνος δογμάτων.*

ιʹ. *Περὶ τῶν μὴ μόνον τὰ γραφικὰ δόγματα, ἀλλὰ καὶ τὰ φιλόσοφα διαπτυόντων· καὶ περὶ τοῦ δεῖν ἢ πάντα πιστεύειν τοῖς ποιηταῖς, ἢ πάντα ἀπιστεῖν.*

ιαʹ. *Περὶ τῆς κατὰ σάρκα τοῦ κυρίου παρουσίας, τίς καὶ ἐπὶ τίσι γεγένηται.*

ιβʹ. *Περὶ τῶν μὴ γνόντων τὸ μυστήριον, καὶ ὅτι ἑκόντες ἠγνόησαν· καὶ ὅσα τοὺς γνόντας ἀγαθὰ μένει, καὶ μάλιστα τοὺς δι᾽ ὁμολογίας τελειωθέντας.*

ιγʹ. *Ὅτι ἀναγκαία τῶν τῆς κτίσεως μερῶν ἡ διαφορά, καὶ ὅτι ἡ πρὸς τὸ καλὸν καὶ κακὸν ῥοπὴ τῆς τῶν ἀνθρώπων γνώμης ἐστίν· ὅθεν καὶ ἡ κρίσις ἀναγκαία καὶ εὔλογος.*

ιδʹ. *Ὅτι ἀπείρως ἡ κτιστὴ φύσις ἀπὸ τῆς ἀκτίστου οὐσίας ἀφέστηκε, πλησίον δὲ αὐτῆς τῷ κατ᾽ ἀρετὴν βίῳ ὁ ἄνθρωπος γίγνεται.*

ιεʹ. *Ὅσα ὁ σωτὴρ ἐδίδαξε, καὶ ἐθαυματούργησε, καὶ τοὺς ἀρχομένους ὠφέλησεν.*

ιϛʹ. *Τὴν Χριστοῦ παρουσίαν προειρῆσθαι μὲν τοῖς προφήταις, ἐπὶ καταστροφῇ δὲ τῶν εἰδώλων καὶ τῶν εἰδωλικῶν γενέσθαι πόλεων.*

ιζʹ. *Περὶ τῆς Μωϋσέως σοφίας, ζηλωθείσης παρὰ τῶν ἔξωθεν σοφῶν, καὶ περὶ Δανιὴλ καὶ τῶν τριῶν παίδων.*

ιηʹ. *Περὶ τῆς Σιβύλλης τῆς Ἐρυθραίας, ἐν ἀκροστιχίδι τῶν τῆς μαντείας ἐπῶν, τὸν κύριον καὶ τὸ πάθος δηλούσης. Ἔστι δὲ ἡ ἀκροστιχίς· Ἰησοῦς Χριστὸς, θεοῦ υἱὸς, σωτὴρ, σταυρός.*

ιθ'. Ὅτι ἡ περὶ τοῦ σωτῆρος μαντεία παρ' οὐδενὸς τῶν τῆς ἐκκλησίας πέπλασται, ἀλλὰ τῆς Ἐρυθραίας Σιβύλλης ἐστὶν, ἧς τὰς βίβλους Κικέρων ὁ ποιητὴς πρὸ τῆς ἐπιδημίας τοῦ Χριστοῦ Ῥωμαϊστὶ μετέφρασε· καὶ ὅτι Βιργίλιος μέμνηται αὐτῆς, καὶ τοῦ παρθενικοῦ τόκου, δι' αἰνιγμάτων φόβῳ τῶν κρατούντων ὑμνήσας τὸ μυστήριον.

κ'. Βιργιλίου Μάρωνος ἕτερα περὶ Χριστοῦ ἔπη, καὶ ἡ τούτων ἑρμηνεία· ἐφ' οἷς δείκνυται δι' αἰνιγμάτων, ὡς παρὰ ποιητοῦ, μηνυθὲν τὸ μυστήριον.

κα'. Ὅτι οὐ δυνατὸν περὶ ψιλοῦ ἀνθρώπου ταῦτα λέγεσθαι· καὶ ὅτι οἱ ἀπιστοῦντες, ἀγνοίᾳ θεοσεβείας καὶ τὰ εἶναι ὅθεν αὐτοῖς ἀγνοοῦσιν.

κβ'. Εὐχαριστία Χριστῷ τὰς νίκας καὶ τὰ λοιπὰ ἀγαθὰ τοῦ βασιλέως γράφουσα· καὶ ἔλεγχος τοῦ κατ' αὐτῶν τυράννου Μαξιμίνου, τῷ μεγέθει τοῦ διωγμοῦ μείζονα δόξαν τῇ εὐσεβείᾳ περιποιήσαντος.

κγ'. Περὶ τῆς τῶν Χριστιανῶν πολιτείας· καὶ ὅτι χαίρει τοῖς ἐν ἀρετῇ βιοῦσι τὸ θεῖον· καὶ χρὴ κρίσιν προσδοκᾷν καὶ ἀνταπόδοσιν.

κδ'. Περὶ Δεκίου καὶ Οὐαλεριανοῦ καὶ Αὐρηλιανοῦ, ἀθλίως τὸν βίον καταστρεψάντων διὰ τὸν τῆς ἐκκλησίας διωγμόν.

κε'. Περὶ Διοκλετιανοῦ μετ' αἰσχύνης τὴν βασιλείαν παραιτησαμένου, καὶ διὰ τὸν διωγμὸν τῆς ἐκκλησίας κεραυνωθέντος.

κς'. Ὅτι τῆς τοῦ βασιλέως εὐσεβείας ὁ θεὸς αἴτιος· καὶ ὅτι τὰ μὲν κατορθώματα παρὰ θεοῦ χρὴ ζητεῖν καὶ αὐτῷ λογίζεσθαι, ῥαθυμίᾳ δὲ ἡμετέρᾳ ἐπιγράφειν τὰ πταίσματα.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Τὸ προοίμιον τοῦ πάσχα μέμνηται, καὶ οἷα ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος ὠφελήσας σύμπαντας διαφόρως, παρὰ τῶν ὠφελουμένων ἐπεβουλεύετο.

Τὸ τηλαυγέστερον ἡμέρας τε καὶ ἡλίου φέγγος, προοίμιον μὲν ἀναστάσεως, ἁρμογὴ δὲ νέα τῶν πονησάντων ποτὲ σωμάτων, ἕρμαιόν θ' ὑποσχέσεως[1]*), καὶ ἀτραπὸς ἐπὶ τὴν αἰώνιον ζωὴν ἄγουσα, ἡ τοῦ παθήματος ἡμέρα πάρεστιν, ὦ προσφιλέστατοι*

Cap. I. 1) *Ὁρμαί θ' ὑποσχέσεως.* In libro Moraei, perinde ac in margine editionis Genevensis emendatur *ὅρμαιον*. Quod vocabulum nullibi legere memini. At in libro Scaligeri *ἕρμαιον* corrigebatur, quod propius accedit ad manuscriptorum codicum lectionem. Certe in Regio codice *ἑρμαὶ* legitur, ex quo coniiciebam scribendum esse *ἕρμα*, id est, fundamentum. Eleganter resurrectionem domini vocat fundamentum promissionis. Nec male Christophorsonus *pignus promissionis* vertit, quod idem est. Pignus enim pro firmamento datur: unde *ἐνέχυρον* dicitur a Graecis. In codice Fuk. et Savilii *ἕρμαιον* scriptum inveni. [*Ἕρμα* quod coniecit Val., huic loco bene convenire, nemo non concedet et similiter Constantinus infra cap. XV. ext. *αὕτη γὰρ*, inquit, *οἶμαι, προφανὴς ὑπόβαθρα πίστεως, καὶ θεμέλιος οὗτος πεποιθήσεως, ἡνίκα ἂν τις — τὸ ἄτρεπτον ἔχοι τὴν πρὸς τὸν Θεὸν ἐλπίδα.* Cf. Homer. Iliad. XVI, 554. Eustath. ad Odyss. XXIII, 121. *ἕρμα πόληος.* Pindar. Olymp. II, 12. *ἔρεισμα Ἀκράγαντος.* Iamblich. de Pythagor. vita c. XXIV. p. 234. ed. *Kiessl.* *ἡγεμονίαι γάρ εἰσι καὶ ὡσπερεὶ ἐπιβάθραι καὶ ἕδραι τινὲς τοῦ φρονεῖν καὶ τοῦ ζῆν.* Ibid. c. XXXII. p. 444. *μέγιστον εἰς γενναιότητος (γενναιότητας?) ἕρμα.* Euseb. V. C. II, 25. *ἀγαθὴν προκατεβάλλοντο τῶν πραγμάτων κρηπῖδα.* Lucian. T. III. p. 498 sq. ed. *Reitz.*, *Is. Casaubon.* ad Polyb. T. I. p. 747 sq. edit. Ernest. *Wetsten.* ad Galat. II, 9. *Dorville* ad Charit. p. 434. *Hemsterhuis.* ad Lucian. Tim. T. I. §. 50. et nos in indice ad Euseb. H. E. sub v. *στύλος*. Nihilominus cum *ἕρμαιον* non solum ad manuscriptorum codicum lectionem propius accedat sed etiam in cod. Fuk. et Sav. scriptum sit, illud pro *ὁρμαί θ'* quod Val. retinuit, exhibere malui. Neque *ἕρμαιον* minus aptum est quam *ἕρμα*. Dicitur enim ita quod singulari et inopinato casu, *virgula divina*, ut inquit Cicer. de offic. I, 44., oblatum et suppeditatum est, fortuna inexspectata. Vid. Plat. Sympos. IV, 4. Charmid. §. 11. c. p. 63. edit. *Heindorf.* et *Ruhnken.* ad Timaei Lex. p. 121. *Casaubon.* ad Theophrast. Charactt. XI, 5. *Wesseling.* ad Diodor. S. T. I. p. 306. Cf. Eustath. ad Homer. Odyss. VI, 277. Itaque *ἕρμαιον ὑποσχέσεως* erit promissio quae praeter omnem exspectationem contigit, neque humano studio et opera sed nonnisi divini numinis cura et providentia. Audacius autem ita vocatur ipsa *τοῦ παθήματος ἡμέρα* quomodo *προοίμιον ἀναστάσεως, ἁρμογὴ νέα τῶν πονησάντων ποτὲ σωμάτων, ἀτραπὸς ἐπὶ τὴν ζωὴν ἄγουσα.* Utitur praeterea voce *ἕρμαιον* ipse Euseb. V. C. I, 52. Socrat. H. E. II, 2. *οἱ περὶ Εὐσέβιον τὸν Νικομηδέα, ἕρμαιον ἡγοῦντο τὴν τῶν πολλῶν*

καθηγηταί, φίλοι θ' οἱ λοιποὶ ξύμπαντες ἄνδρες, μακάριά τε πολλὰ πλήθη[2]) τῶν θρησκευόντων, καὶ αὐτὸν τὸν τῆς θρησκείας θεὸν[3]), διὰ τῶν ἐντὸς αἰσθήσεων ἑκάστου καὶ δι' ἐκφωνητηρίων ἀδιαλείπτως ὑμνούντων κατὰ τὰ ἐν θεσπίσμασι προσαγορευόμενα. Σὺ δ', ὦ παμμήτειρα φύσις[4]), τί τοιοῦτον τῷ κόσμῳ συντετέλεκας πώποτε; Ποῖον δ' ὅλως σὸν δημιούργημα; Εἴπερ ὁ τῶν πάντων, καὶ τῆς σῆς οὐσίας[5]) αἴτιος· οὗτος γάρ σε ἐκόσμησεν· ἐπεὶ κόσμος φύσεως, ἡ κατὰ φύσιν ζωή[6])· ἐπικεκράτηκε δ' οὐ[7]) μετρίως ἃ παρὰ φύσιν, τὸν τῶν

ταραχήν, lucro suo deputabant, interprete Val.] — 2) Μακαριώτερα δὲ πολλῷ πλήθη. Non assentior viris doctis, qui haec cum praecedentibus continuantes ita legunt: μακάριά τε πολλὰ πλήθη etc. Nam si hoc modo legamus, inepta fuerit repetitio, cum antea dixerit Constantinus: φίλοι θ' οἱ λοιποὶ ξύμπαντες ἄνδρες. Quibus verbis Constantinus universam plebem catholicam salutat more concionatorum. Quare verba illa μακαριώτερα δὲ πολλῷ πλήθη, initium sunt alterius periodi, qua Constantinus felicitatem catholicae plebis exaggerat. Porro libentius legerem πλήθη τυγχάνετε, ut plebem ipsam alloquatur Constantinus. In codice tamen Fuk. et Savilii ita legitur hic locus: μακάριά τε πολλὰ πλήθη τῶν θρησκευόντων, καὶ αὐτὸν τὸν τῆς θρησκείας θεὸν διὰ τῶν ἐντὸς αἰσθήσεων ἑκάστου, καὶ δι' ἐκφωνητηρίων ἀδιαλείπτως ὑμνούντων κατὰ τὰ ἐν θεσπίσμασι προαγορευόμενα. [Μακάρια δὲ Zimmerm.] — 3) [Αὐτὸν τὸν τῆς θρησκείας θεὸν Val. vertit: „ipsum *religionis auctorem* deum." Steph. αὐτῷ τῷ τῆς θρησκείας θεῷ et mox apud eundem deest κατὰ τὰ ἐν.] — 4) [Ὦ παμμήτειρα φύσις. Philo de mundi opific. p. 30. B. C. D. ed. Francof. οὐδὲν τῶν γηγενῶν ἄνευ ὑγρᾶς οὐσίας συνίστασθαι πέφυκε — ἐξ οὗ δῆλον ὅτι ἀνάγκη τὴν λεχθεῖσαν ὑγρὰν οὐσίαν μέρος εἶναι γῆς τῆς πάντα τικτούσης, καθάπερ ταῖς γυναιξὶ τὴν φορὰν τῶν καταμηνιαίων. — — πάσῃ μητρὶ καθάπερ ἀναγκαιότατον μέρος ἡ φύσις πηγάζοντας ἀνέδωκε μαστούς, προευτρεπισαμένη τροφὰς τῶν γεννησομένων. μήτηρ δ' ὡς ἔοικε καὶ ἡ γῆ, παρ' ὃ καὶ τοῖς πρώτοις ἔδοξεν αὐτὴν Δήμητραν καλέσαι, τὸ μητρὸς καὶ γῆς ὄνομα συνθεῖσιν. οὐ γὰρ γῆ γυναῖκα, ὡς εἶπε Πλάτων, ἀλλὰ γυνὴ (γῆν)· ἣν ἐτύμως τὸ ποιητικὸν γένος παμμήτορα, καὶ καρποφόρον, καὶ πανδώραν εἴωθεν ὀνομάζειν· ἐπειδὴ πάντων αἰτία γενέσεως καὶ διαμονῆς ζώων ὁμοῦ καὶ φυτῶν ἐστιν. εἰκότως οὖν καὶ γῇ τῇ πρεσβυτάτῃ καὶ γονιμωτάτῃ μητέρων ἀνέδωκεν ἡ φύσις οἷα μαστούς, ποταμῶν ῥεῖθρα καὶ πηγῶν, ἵνα τὰ φυτὰ ἄρδοιτο, καὶ ποτὸν ἄφθονον ἔχοι πάντα τὰ ζῶα. Quod deus sit immutabilis p. 299. B. Quod mundus sit incorruptibilis p. 944. B. C. D. Add. Euseb. de laudd. Const. c. VI. ταύτην (γῆν) δ' ἑστίαν καὶ τιθηνὸν καὶ μητέρα ζώων ἁπάντων τῶν ἐν αὐτῇ καταδείξας. Cicer. de legg. II, 22. Redditur terrae corpus, et ita locatum ac situm quasi operimento *matris* obducitur. Ibid. c. 25. ut sinus et gremium quasi *matris* mortuo tribueretur.] — 5) Τῆς σῆς ὁσίας. Ad marginem editionis Genevensis annotatur, alias scribi οὐσίας. Quam lectionem secutus est Christophorsonus. Ego vero re attentius examinata, vulgatam scripturam hic retinendam puto. Ait enim Constantinus, naturam non esse opificem rerum, cum deus ipsam condiderit, nec tantum ipsius naturae auctor sit, sed etiam sanctitatis quae in illa est. Deus enim est qui naturam exornavit. Quippe ornamentum naturae est vita iuxta legem ac praescriptum dei. Hic est sensus huius loci, quem Christophorsonus non animadvertit. Nam de Portesio nihil dico, quem paene ubique imperitissimum deprehendi. In codice tamen Fuketii, Turnebi ac Savilii et in schedis Regiis scribitur οὐσίας. — 6) Ἡ κατὰ φύσιν ζωή. Scribendum ἡ κατὰ θεὸν ζωή, ut ex superiori annotatione apparet.

πάντων θεὸν κατάξιον σέβειν μηδένα, νομίζεσθαί τε[8]) μὴ ἐκ προνοίας, ἀλλ᾽ ὡς ἔτυχεν, ἀτάκτως τε καὶ πλημμελῶς τὰ πάντα συνεστάναι. Καὶ ταῦτα ἐξαγγελλούσης καθέκαστα θείας ἐπιπνοίας διὰ προφητῶν, οἷς ἔδει πείθεσθαι, ἀνθίστατο παντοίαις μηχαναῖς ἀδικία δυσσεβής, διαβεβλημένη μὲν πρὸς τὸ τῆς ἀληθείας φῶς, ἀσπαζομένη δὲ τὸ δυσέλεγκτον τοῦ σκότους. Ἀλλ᾽ οὐδὲ τοῦτο χωρὶς βίας καὶ ὠμότητος, ἐξαιρέτως ὅτι τῇ τῶν χυδαίων δήμων ἀπροόπτῳ φορᾷ ἡ τῶν δυναστευόντων γνώμη συνελάμβανε, μᾶλλον δὲ τῆς ἀκαίρου μανίας αὕτη καθηγεῖτο. Διὸ δὴ πολλαῖς γενεαῖς ὁ τοιοῦτος βίος κρατυνθεὶς, μεγίστων γέγονε τοῖς τότε κακῶν αἴτιος. Ἐπιλαμψάσης δὲ παραυτίκα τῆς τοῦ σωτῆρος ἐπιφανείας, δίκη μὲν ἐξ ἀδίκων ἔργων, ἐκ δὲ παντοδαποῦ κλύδωνος γαλήνη συνίστατο, καὶ πάνθ᾽ ὅσα διὰ προφητῶν προείρητο, ἐπληροῦτο. Τοιγάρτοι μετάρσιος εἰς[9]) τὴν πατρῴαν ἑστίαν ἀρθεὶς, αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης ἀγλαΐσμασι τὴν οἰκουμένην περιστήσας, ἱερόν τινα νεὼν ἀρετῆς, τὴν ἐκκλησίαν ἐπὶ τῆς γῆς ἱδρύσατο, ἀΐδιον, ἄφθαρτον, ἐν ᾧ τά τε τῷ ἐξοχωτάτῳ πατρὶ θεῷ δέοντα, τά θ᾽ ἑαυτῷ καθήκοντα ἐτελεῖτο μετ᾽ εὐσεβείας. Τί δὴ μετὰ ταῦτα ἡ ἄφρων τῶν ἐθνῶν ἐμηχανᾶτο πονηρία; Ἐπετήδευε τὰς τοῦ Χριστοῦ χάριτας ἐκβάλλουσα, καὶ τὴν ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν πάντων συσταθεῖσαν ἐκκλησίαν πορθῆσαι, ἀνέτρεπε δὲ τὴν οἰκείαν δεισιδαιμονίαν. Ἀνόσιος[10]) αὖθις στάσις, πόλεμοι, μάχαι, δυστραπελία[11]), βίου

5) Τὸ νικᾷν ἀντὶ πολλῶν ἀγαθῶν φησί. Alludere videtur ad ea quae leguntur in Apocalypsi cap. II. et III. ubi deus dicit: *Vincenti dabo coronam* etc. Certe Christiani hominis vita athletis comparari solet, ut passim occurrit in epistolis Pauli. Vox autem φησὶ abundat more Graeco, ut norunt Graeci sermonis periti. — 6) Τὴν εὐεργεσίαν. In codice Regio scribitur τὴν εὐεξίαν, quemadmodum etiam Rob. Stephanus in variis lectionibus annotavit. Lego itaque τὴν ἀξίαν cum Christophorsono, Scaligero, Grutero et aliis; vel τὴν ἐπαξίαν, quod ad vestigia scriptae lectionis propius accedit. In codice Fuk. scribitur καὶ τὴν ἀξίαν.

Cap. XV. 1) Τῶν τοῦ σωτῆρος παραγγελμάτων. Scribendum videtur τῶν τῆς σωτηρίας π., ut in margine editionis Genevensis adnotatum est. Possis etiam scribere τῶν τοῦ πατρός. Error enim ex compendiosa scribendi ratione ortus videtur. Certe in codice Regio, Fuk. et in schedis hoc loco scribitur σρς. — 2) Τῶν τηνικαῦτα βιωφελῶν. Christophorsonus hunc locum ita vertit: *Et ex illis qui id temporis hominum vitae adiumento fuerunt, longe optimos advocasse ad se.* Sed quis unquam ita locutus est, τοὺς ἀρίστους τῶν βιωφελῶν? Quare non dubito, quin locus ita distinguendus et corrigendus sit: καὶ καλέσας ὡς ἑαυτὸν τοὺς ἀρίστους τῶν τηνικαῦτα, βιωφελῆ παιδείαν ἐπαίδευσε.. Id est, *et optimis illius temporis viris ad se convocatis, utilissimam doctrinam tradidit.*

σύνην αὐτοὺς ἐκδιδάξας, ἀντικρὺ τοῦ ἐκ τῆς ἀντικειμένης φύσεως φθόνου, ᾧ δελεάζειν[3]) καὶ ἐξαπατᾷν τοὺς ἀπείρους προσφιλές. Τοιγαροῦν νοσοῦντας μὲν ἐπεσκέπτετο, ἀῤῥώστους δὲ τῶν περιεχόντων κακῶν ἐκούφιζε, παρεμυθεῖτο δὲ καὶ τοὺς εἰς τοὔσχατον πενίας τε καὶ[4]) ἀπορίας προβεβηκότας, ἐπῄνει δὲ τὸ μετὰ λόγου[5]) τῆς φρονήσεως μέτριον, φέρειν τε γενναίως καὶ ἀνεξικάκως παντοίαν μὲν ὕβριν, παντοίαν δὲ καταφρόνησιν προσέταξε· διδάσκων ἐπίσκηψίν τινα τοῦ πατρὸς[6]) εἶναι τοιαύτην, ὥστ' ἀεὶ νικᾷν τοὺς μεγαλοψύχως φέροντας τὰ προσπίπτοντα· ταύτην γὰρ ὑπερφυῶς ἐξοχωτάτην ἰσχὺν εἶναι διεβεβαιοῦτο, στεῤῥότητα διανοίας μετὰ φιλοσοφίας· ἥτις ἐστὶ τοῦ ἀληθοῦς καὶ τοῦ ἀγαθοῦ[7]) γνῶσις, ἐθίζουσα καὶ τοὺς μετὰ δικαιοσύνης πλουτοῦντας, κοινωνεῖν τῶν παρόντων τοῖς πενιχροτέροις φιλανθρώπῳ διανεμήσει· δυναστείαν παντὶ τρόπῳ κωλύων, δεικνύς τε, ὅτι ὥσπερ μετρίοις προσῆλθεν, οὕτω μετρίους καταλείψει τοὺς ἀφέντας χαριζόμενος. Τοιαύτῃ δὴ καὶ τοσαύτῃ πείρᾳ δοκιμάσας τὴν πίστιν τῶν ὑπηκόων δήμων, παρεσκεύαζεν αὐτοὺς οὐ μόνον τῶν δεινῶν τε καὶ φοβερῶν καταφρονητὰς, ἀλλὰ καὶ τῆς εἰς αὐτὸν ἐλπίδος γνησιωτάτους μαθητάς. Καὶ δή ποτε λίαν εἴξαντα τῷ θυμῷ τινὰ τῶν ἑταίρων καθαπτόμενος[8]), λόγοις κατέστειλεν· ἐτύγχανε δ' ἐκεῖνος

In libro Fuketii ac Turnebi legitur *τῶν τηνικάδε.* — 3) *Ὡι δελεάζειν μέν.* In libro Turnebi ac Moraei emendatur *δελεάζειν καὶ ἐξαπατᾷν* etc. Codex autem Fuk. *ᾗ δελεάζειν καὶ ἐξαπατᾷν* rectius scriptum habet. [Zimm. quoque *ᾗ* habet.] 4) [*Εἰς τοὔσχατον νοῦ τε καὶ* Ion.] — 5) *Τὸ μετ' εὐλόγου.* In editione R. Stephani excusum erat *τὸ μετὰ λόγου τῆς φρονήσεως μέτριον*, quam scripturam confirmat etiam Regius codex et Fuk. et schedae. Sed in libro Moraei emendatum inveni *μετ' εὐλόγου.* Quam emendationem nescio cur Genevenses in textum admiserunt. *Τῆς φρονήσεως μέτριον*, idem est quod *μετριοφρονεῖν.* Paulus Apostolus dicit *sapere ad sobrietatem.* — 6) *Ἐπίσκηψίν τινα τοῦ πατρός.* Malim scribere *ἐπίσκεψιν*, ut in margine editionis Genevensis adnotatum est. Huiusmodi enim calamitates, quae viris bonis interdum contingunt, *visitationes dei* vulgo vocare consuevimus. Christophorsonus tamen vulgatam scripturam secutus, *mandatum* vertit. [Zimm. *ἐπίσκεψιν.* Cf. paulo ante *νοσοῦντας μὲν ἐπεσκέπτετο* et *Wahl.* clav. N. T. Vol. I. p. 606 sq.] — 7) *Τοῦ ἀληθοῦς καὶ τοῦ ἀγαθοῦ.* In libro Moraei vir doctus ad marginem emendavit *τἀγαθοῦ*, quod non displicet. Multa enim in hac oratione sunt Platonica. [Paulo post Ion. *καταλήψει* pro *καταλείψει.*] — 8) [*Καθαπτόμενος* malo sensu h. l. dictum idem quod sequens *ἐγκαλῶν.* Vid. Homer. Od. II, 39. *γέροντα καθαπτόμενος προσέειπεν.* II, 240. XX, 323. Iliad. I, 582. Plat. Crit. XIV. init. *ἴσως ἂν μου δικαίως καθάπτοιντο.* Cf. Men. XXXI. *πρὶν ἐμοῦ ἅψασθαι.* Sophocl. Aiac. v. 500. *λόγοις ἰάπτων.* Euseb. V. C. IV, 29. *ἔνθα δὴ μάλιστα* (*Κωνσταντῖνος*) *τῶν ἀκροατῶν πληκτικώτατα καθήπτετο, διελέγχων τοὺς ἅρπαγας κ. τ. λ.* Ubi Val. vertit: „auditorum animos gravissime *perstringebat*,“ Strothius: „*griff er die Herzen der Zuhörer am nachdrücklichsten an.*“ Ibid. IV, 55. Malim vero

ξιφήρης τινὶ ἐπιφοιτῶν [9]), τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν τῆς τοῦ σωτῆρος ἀπογυμνώσας ἐπικουρίας· τοῦτον δὴ μένειν κατὰ σχολὴν ἐκέλευσε, καὶ μεθιέναι τὸ ξίφος, ἐγκαλῶν ὡς ἀπελπίσαντι τῆς πρὸς αὐτὸν καταφυγῆς, νομοθετῶν δὲ διαῤῥήδην, πάντα τὸν ἀδίκων χειρῶν κατάρξαντα [10]), ἢ πρὸς τὸν καταρξάμενον ἀδικεῖν ἐπιχειρήσαντα, ξίφει τε χρησάμενον, ἀπολεῖσθαι βιαίως. Ἡ δέ ἐστιν ὡς ἀληθῶς ἡ οὐράνιος σοφία, αἱρεῖσθαι τὸ ἀδικεῖσθαι πρὸ τοῦ ἀδικεῖν· καὶ γενομένης ἀνάγκης, ἑτοίμως ἔχειν κακῶς πάσχειν μᾶλλον, ἢ ποιεῖν· μεγίστου γὰρ ὄντος τοῦ ἀδικεῖν κακοῦ [11]), οὐχ ὁ ἀδικούμενος, ἀλλ' ὁ ἀδικῶν τῇ μεγίστῃ περιβέβληται τιμωρίᾳ. Τῷ δ' ὑπηκόῳ τοῦ θεοῦ [12]) ἐξῆν μήτε ἀδικεῖν μήτε ἀδικεῖσθαι, θαῤῥήσαντι τῇ προστασίᾳ τοῦ παρόντος καὶ ἐπικουροῦντος αὐτῷ θεοῦ, πρὸς τὸ μηδένα τῶν ὑπηκόων αὐτοῦ βλαβῆναι. Πῶς δ' ἂν αὐτὸς ἑαυτῷ βοηθοίη [13]), θεῷ θαῤῥῶν; Μάχη δ' ἦν [14]) μεταξὺ δυοῖν, καὶ ἀμφίβολον τὸ τῆς νίκης· οὐδεὶς δ' εὖ φρονῶν, τὰ ἀμφίβολα πρὸ τῶν ἀραρότων προαιρεῖται. Πῶς δὲ ἔμελλε περὶ τῆς τοῦ θεοῦ παρουσίας καὶ βοηθείας ἀμφιβάλλειν, ὁ τοσούτων μὲν ἐν πείρᾳ γενόμενος κινδύνων [15]), ἀεὶ δ' εὐχερῶς ῥυσθεὶς ἀπὸ τῶν δεινῶν,

---

nostro loco interpungere: καθαπτόμενος λόγοις, κατέστειλεν, verbis obiurgans repressit, ut vertit ipse Val. Paulo ante Val. legit: (τῷ) θύμῳ Zimm. τῷ θύμῳ.] — 9) Ξιφήρη τινὰ ἐπιφοιτῶν. Lego ξιφήρης, ut est in libro Moraei; in quo etiam emendatur τινὶ ἐπιφοιτῶν non male. In codice etiam Fuk. scribitur ξιφήρης τινὶ ἐπιφοιτῶν. — 10) Πάντα τῶν ἀδίκων χειρῶν κατάρξαντα. Hic locus ex Fuk. ac Turnebi libro ita restituendus est: νομοθετῶν διαῤῥήδην, πάντα τὸν ἀδίκων χειρῶν κατάρξαντα etc. Quod autem sequitur ἢ πρὸς τὸν καταρξάμενον ἀδικεῖν ἐπιχειρήσαντα, mallem equidem scribere ἀνταδικεῖν ἐπιχειρήσαντα. — 11) Μέγιστου γὰρ ὄντος τοῦ ἀδικεῖν κακοῦ. In libro Moraei vir doctus ad marginem annotavit haec verba: Σωκρατικὸν περὶ ἀδικίας. Multa certe in hac oratione ex Platonis philosophia desumpta sunt, quae eruditus lector per se ipse poterit agnoscere. — 12) Τῷ δ' ὑπηκόῳ τοῦ θεοῦ ἐξῆν. In codice Fuk. ac Turnebi legitur ἐξόν. [Mox emendavi ἐπικουροῦντος pro ἐπικυροῦντος Val. Read. Zimm] — 13) Αὐτὸς ἑαυτῷ βοηθεῖν. Scaliger, Gruterus aliique emendarunt βοηθείη θεῷ θαῤῥῶν, quam emendationem etiam in libro Moraei scriptam reperi. Posset etiam scribi βοηθεῖν ἔμελλε, reiectis duabus ultimis vocibus, quas parum necessarias hic esse nemo non videt. Sed codex Fuk. plane consentit cum libris illis Scaligeri et Gruteri. — 14) Μάχη δ' ἦν. Non dubito quin scribendum sit οὕτως γὰρ μάχη μὲν ἦν μεταξὺ δυοῖν. Ubi ἦν positum est pro εἴη, vel pro ἔμελλεν εἶναι. Verum interpres qui hanc Constantini orationem Graece vertit, parum peritus fuit linguae Graecae, nec satis diligens, ut ex pluribus locis apparet. Reddit hic rationem Constantinus, cur cultores summi dei nunquam velint se ipsos ulcisci, et vim vi repellere. Nam si id facerent, inquit, pugnarent quidem cum adversario, verum incerti essent de victoria. At si se minime defenderint, tunc certissimam habent victoriam, deo scilicet pro ipsis pugnante. Hic est sensus huius loci, quem miror a Christophorsono perceptum non fuisse, nec a Musculo. — 15) [Φροντίδων καὶ

μόνῳ θεοῦ νεύματι[16]*), ὁ διὰ θαλάσσης ὁδοιπορήσας παραγγέλματι τοῦ σωτῆρος καταστορεσθείσης, καὶ στερεὰν παρασχομένης ὁδὸν τοῖς διαποντίοις δήμοις; Αὕτη γὰρ, οἶμαι, προφανὴς ὑποβάθρα πίστεως, καὶ θεμέλιος οὗτος πεποιθήσεως, ἡνίκα ἂν τὰ θαυμαστὰ ταῦτα καὶ ἄπιστα, γινόμενα καὶ ἐπιτελούμενα ἱστορῶμεν τῇ τοῦ προνοοῦντος κελεύσει*[17]*)· ἐντεῦθεν δὲ καὶ τὸ μὴ μεταμέλειν ἐπὶ τῇ πίστει*[18]*) παραγίνεται, ἡνίκα ἄν τις προσπίπτοι πείρᾳ κακῶν*[19]*), καὶ τὸ ἄτρεπτον ἔχοι τὴν πρὸς τὸν θεὸν ἐλπίδα· ταύτης γὰρ τῆς ἕξεως ἐγγενομένης τῇ ψυχῇ, ἵδρυται κατὰ τὴν διάνοιαν ὁ θεός· ἀήττητος δ' οὗτος· οὐδὲ ἡ ψυχὴ ἄρα τὸ ἀήττητον [ἔχουσα]*[20]*) κατὰ τὴν ἑαυτῆς διάνοιαν, ὑπὸ τῶν περιεστώτων δεινῶν κρατηθήσεται. Παρὰ δὲ*[21]*) τοῦτο μεμαθήκαμεν ἐκ τῆς τοῦ θεοῦ νίκης, ὃς τὴν ὑπὲρ τῶν πάντων πρόνοιαν ποιούμενος, ὑπὸ τῆς τῶν ἀσεβούντων ἀδικίας ἐμπαροινηθεὶς, μηδεμίαν ἐκ τοῦ παθήματος καρπωσάμενος βλάβην, μέγιστα νικητήρια καὶ ἀΐδιόν τινα στέφανον κατὰ τῆς πονηρίας ἀνεδήσατο· ἐπὶ τέλος μὲν ἀγαγὼν τὴν προαίρεσιν τῆς αὐτοῦ προνοίας καὶ στοργῆς τῆς περὶ τοὺς δικαίους, συντρίψας δὲ τὴν τῶν ἀδίκων τε καὶ ἀσεβῶν ὠμότητα.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ιϛ'.

Τὴν Χριστοῦ παρουσίαν προειρῆσθαι μὲν τοῖς προφήταις, ἐπὶ καταστροφῇ δὲ τῶν εἰδώλων καὶ τῶν εἰδωλικῶν γενέσθαι πόλεων.

Ἀλλὰ τὸ μὲν πάθημα ἐκείνου ὑπὸ τῶν προφητῶν ἤδη προκεκήρυκτο, προκεκήρυκτο δὲ καὶ ἡ σωματικὴ γέννησις αὐτοῦ, προείρητο δὲ καὶ ὁ καιρὸς τῆς ἐνσωματώσεως, καὶ ὡς τῆς ἀδικίας[1]*) τε καὶ*

κινδ. Ion.] — 16) *Μόνου θεοῦ νεύματι.* Scribendum *μόνῳ*, ut in libro Moraei emendatum inveni. Et paulo post lego *παρασχομένης ὁδὸν*, ut est in eodem libro. Subauditur enim *θαλάσσης*. [*Παρασχομένης* dedi cum Zimm., *παρασχομένου* Cast., *παρασχόμενος* Val.] In codice Fuketii et in veteribus schedis legitur *μόνῳ θεοῦ νεύματι.* — 17) [*Κελεύσει ἐπιτελεῖσθαι* Ion. Cast.] — 18) *Ἐντεῦθεν δὲ καὶ τὸ μὴ μεταμέλειν ἐπὶ τῇ πίστει.* In codice Fuk. scribitur *μὴ μεταμέλεσθαι.* — 19) *Ἡνίκα ἄν τις προσπίπτοι πείρᾳ κακῶν.* Malim scribere *πεῖρα* in nominativo. Id enim multo elegantius mihi videtur. Mox legendum est procul dubio *καὶ τὸ ἄτρεπτον ἔχειν* etc. Subauditur enim verbum *παραγίνεται*, quod paulo ante praecessit. In codice Fuk. et in schedis scribitur *ἡνίκα ἄν τις προσπίπτῃ πείρᾳ κακῶν, καὶ τὸ ἄτρεπτον ἔχῃ* etc. — 20) *Τὸ ἀήττητον.* Ad oram codicis Moraeani emendatur *ἀήττητον ἔχουσα.* Quam lectionem secutus est Christophorsonus. [Et Zimm.] Atque ita scribitur in codice Fuketii. — 21) *Παρὰ δὲ.* Lego *πρὸς δὲ, τοῦτο μεμαθήκαμεν*, ubi *πρὸς* adverbialiter sumitur pro *προσέτι.*

Cap. XVI. 1) *Καὶ τῆς ἀδικίας.* In libro Moraei ad marginem

ἀκολασίας ἐκφύοντα γεννήματα, τὰ λυμαινόμενα τοῖς δικαίοις ἔργοις καὶ τρόποις, ἀναιρεθείη, πᾶσα δὲ ἡ οἰκουμένη φρονήσεώς τε καὶ σωφροσύνης μετάσχοι, ἐπικρατήσαντος σχεδὸν [2]) ταῖς πάντων ψυχαῖς τοῦ θεσπισθέντος ὑπὸ τοῦ σωτῆρος νόμου, καὶ θεοσεβείας μὲν ῥωσθείσης, δεισιδαιμονίας δὲ ἐξαλειφθείσης· δι' ἣν οὐ μόνων ἀλόγων ζώων σφαγαί, ἀλλὰ καὶ ἀνθρωπίνων ἱερευμάτων θυσίαι, καὶ ἐναγῆ μιάσματα βωμῶν ἐπενοήθη, κατά τε Ἀσσυρίους καὶ Αἰγυπτίους νόμους, χαλκηλάτοις ἢ καὶ πλαστοῖς ἰνδάλμασι σφαγιαζόντων ψυχὰς δικαίας· τοιγάρτοι καρπὸν ἤραντο τὸν προσήκοντα τοιαύτῃ θρησκείᾳ· Μέμφις καὶ Βαβυλὼν ἐρημωθήσεται, καὶ ἀοίκητοι καταλειφθήσονται μετὰ τῶν πατρῴων θεῶν. Καὶ ταῦτ' οὐκ ἐξ ἀκοῆς λέγω, ἀλλ' αὐτός τε παρὼν καὶ ἱστορήσας, ἐπόπτης τε γενόμενος [3]) τῆς οἰκτρᾶς τῶν πόλεων καὶ δυστυχοῦς Μέμφις. Ἠρήμωσε δὲ Μωσῆς [4]) κατὰ

---

emendatur καὶ ὡς τὰ τῆς ἀδικίας etc., quam scripturam in interpretatione sua expressit Christophorsonus. Mihi haec locutio parum Graeca videtur. Itaque malim scribere ἐν ᾧ τὰ τῆς ἀδικίας. Codex tamen Fuk. habet καὶ ὡς τὰ τῆς etc. [Cum Cast. Zimm. τὰ dedi post γεννήματα. Val. illud nec post ὡς cum Fuk. inseruit.] — 2) [Δὲ pro σχεδὸν Ion. Mox βωμῷ Cast. pro βωμῶν.] — 3) Ἐπόπτης τε γενόμενος. Ait Constantinus se excidium et vastitatem duarum olim potentissimarum urbium, Memphis scilicet et Babylonis, coram spectasse. Quaerendum igitur est a nobis, quonam tempore Constantinus ad ea loca profectus sit. In Aegyptum quidem iuvenis admodum profectus est, cum in Diocletiani comitatu militaret, et obsidis instar ab eo teneretur. Multis enim annis Diocletianus in Aegypto bellum gessit adversus Achilleum qui in Aegypto rebellaverat, ut scribit Eutropius. Ex Aegypto postea Constantinus una cum Diocletiano venit in Syriam, et per Palaestinam provinciam transivit, ubi primum ab Eusebio visus est, ut ipse testatur. Venerat autem Diocletianus in Syriam, ut Galerium caesarem qui cum Persis bellum gerebat, copiis suis adiuvaret. Mansitque diutius in Syria, ut pacem cum Persis componeret, quemadmodum discimus ex historia Petri Patricii. Tunc igitur Constantinus Babylonis rudera et reliquias spectare potuit. — 4) Ἡ Μωσῆς. [In Ion. adscribitur hic: *aliquid deest.*] Hunc locum sola transpositione corruptum esse existimo. Sensus enim apertissimus est, si verba restitueris in hunc modum: Μέμφις ἠρήμωται, ἡ τοῦ δυνατωτάτου τότε Φαραὼ ὑπεροψία· ὃν Μωσῆς κατὰ τὴν θείαν πρόσταξιν κατέθραυσε etc. Quid his verbis planius? ὑπεροψία hic est gloria, τὸ καύχημα, qua scilicet sese efferebat Pharao. Facessat igitur coniectura Christophorsoni, Gruteri et aliorum. Et haec quidem olim fuit coniectura nostra de huius loci lectione. Sed postea Fuketianum codicem nacti, veram ac germanam lectionem deprehendimus. Sic enim in eo legitur: ἐπόπτης τε γενόμενος τῆς οἰκτρᾶς τῶν πόλεων καὶ δυστυχοῦς Μέμφις· ἠρήμωσε δὲ Μωσῆς κατὰ τὴν θείαν πρόσταξιν τὴν τοῦ δυνατωτάτου τότε Φαραὼ χώραν etc. Atque ita plane legitur in codice Turnebi et Gruteri [et apud Zimm.], nisi quod distinctio illa quam posuimus, propria est codicis Fuk. in quo post Μέμφις punctum apponitur. Μέμφις igitur in genitivo dixit interpres huius orationis, cum Μέμφεως dicere debuisset. Sed et οἰκτρᾶς ponitur pro οἰκτροτάτης. Porro iuxta hanc lectionem, solam Memphin a se visam esse ait Constantinus, quod equidem verius puto. Neque enim Babylonem

τὴν θείαν πρόσταξιν τὴν τοῦ δυνατωτάτου τότε Φαραὼ χώραν, ὃν ὑπεροψία κατέθραυσε[5])· τόν τε στρατὸν αὐτοῦ πολλῶν καὶ μεγίστων ἐθνῶν νικηφόρον, πεφραγμένον τε καὶ καθωπλισμένον[6]), οὐ βελῶν τοξεύμασιν, οὐδ᾽ ἀκοντίων ῥιπαῖς, μόνῃ δ᾽ ὁσίᾳ προσευχῇ καὶ ἡμέρῳ λιτανείᾳ καθεῖλεν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ'.

Περὶ τῆς Μωϋσέως σοφίας ζηλωθείσης παρὰ τῶν ἔξωθεν σοφῶν· καὶ περὶ Δανιὴλ, καὶ τῶν τριῶν παίδων.

Οὐδεὶς δ᾽ ἂν ἐκείνου τοῦ δήμου μακαριώτερος γέγονε πώποτε, ἢ γένοιτο, εἰ μὴ τὰς ψυχὰς αὐτῶν ἑκόντες τοῦ ἁγίου πνεύματος ἀπεκήρυξαν[1]). Τί δ᾽ ἂν εἴποι τὶς ἄξιον περὶ Μωϋ-

---

unquam videre potuit, quippe qui nunquam in Assyriam penetraverit. In schedis Regiis ita legitur hic locus: τῆς οἰκτρᾶς τῶν πόλεων τύχης· Μέμφις ἠρήμωσε etc., ut in vulgatis editionibus. In codice autem Regio ἠρήμωται legitur ut edidit Stephanus. Savilius vero in libro suo hunc locum ita emendavit: πόλεων τύχης· Μέμφις ἠρήμωται· ἠρήμωσε δὲ Μωσῆς etc. Sed frigidum esset illud Μέμφις ἠρήμωται, nec cum sequentibus cohaerens. Quid quod nec Christophorsonus ea verba in interpretatione sua retinuit. Huc accedit, quod Memphis Constantini temporibus adhuc stabat, et Aesculapii fano celebris erat, ut testatur Hieronymus in vita Hilarionis ubi de adolescente qui virginem deperibat: *Perrexit Memphim, ut confesso vulnere suo, magicis artibus rediret armatus ad virginem. Igitur post annum doctus ab Aesculapii vatibus, non remedientis animas, sed perdentis*, etc. et Ammian. Marcellinus in lib. XXII. ubi de Api bove: *Defertur Memphim praesentiaque numinis Aesculapii claram.* [Val. retinuit τῶν πόλεων τύχης· Μέμφις ἠρήμωται ἣ Μωσῆς — Φαραὼ ὃν κ. τ. λ.] — 5) Ὃν ὑπεροψία κατέθραυσε. Christophorsonus vertit: *Quem insolentia elatum perfregit.* Ex quo apparet, eum supplevisse ἐπηρμένον aut quid simile. Sed nihil opus est hac emendatione, cum ὑπεροψία in nominativo accipi possit. Certe in omnibus nostris codicibus Reg. Fuk. et schedis legitur absque ἰῶτα subscripto. Sic infra loquitur capite 19. ἡ ἄγνοια τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων ἔθραυε etc. — 6) Καθωπλισμένον. Scribendum videtur καὶ καθωπλισμένοι. Mox ubi legitur ἡμέρῳ λιτανείᾳ, mallim scribere ἠρεμαίᾳ In codice Fuk. et in schedis Regiis legitur πεφραγμένον τε καὶ καθωπλισμένον. Nec displicet Savilii coniectura, qui πεφραγμένος et καθωπλισμένος emendavit. [Πεφραγμένος καὶ καθωπλισμένος Cast. Atque eodem modo scripsit Zimm., sublato praeterea, quod deinde erat tollendum, commate post καθωπλισμένον. Sed equidem cum Val. πεφραγμένον τε καὶ καθωπλισμένον quod ad στρατὸν pertinet, retinendum duxi, quia facile altera lectio profecta esse potest ab iis qui non satis cogitantes, quo referendum sit καθωπλισμένον et πεφραγμένον, vitium aliquod sibi invenisse h. l. videbantur. Neque post νικηφόρον cum Cast. Zimm. ὄντα inserendum duxi.]

Cap. XVII. 1) [Εἰ μὴ τὰς ψυχὰς — ἀπεκήρυξαν, id est, nisi animos suos ab omni cum divino spiritu communione sua sponte abstraxissent. Vid. *Valckenar.* ad Herodot. I, 194. Cf. Euseb. V. C. II, 49. Ἔσχον ἔγωγε τοὺς πρὸ τούτου γενομένους αὐτοκράτορας, διὰ τὸ τῶν τρόπων ἄγριον ἀπο-

θίως; Ὃς ἄτακτον δῆμον εἰς τάξιν ἀγαγὼν, πειθοῖ τε καὶ αἰδοῖ τὰς ψυχὰς αὐτῶν κατακοσμήσας, ἀντὶ μὲν αἰχμαλωσίας, ἐλευθερίαν αὐτοῖς ἐδωρεῖτο, ἀντὶ δὲ σκυθρωπότητος, φαιδροὺς ἐποίει, καὶ εἰς τοσοῦτον τὴν ψυχὴν αὐτῶν προηγάγετο, ὥστε τῇ λίαν ἐπὶ τἀναντία μεταβολῇ, τῇ τε τῶν κατορθωμάτων εὐτυχίᾳ ἀλαζονέστερον τὸ φρόνημα τῶν ἀνδρῶν γενέσθαι· ὃς τοσοῦτον ὑπερῆρε σοφίᾳ τοὺς πρὸ αὐτοῦ, ὥστε καὶ τοὺς ἐπαινουμένους ὑπὸ τῶν ἐθνῶν ἤτοι σοφοὺς καὶ φιλοσόφους[2]), ζηλωτὰς τῆς ἐκείνου σοφίας γενέσθαι. Πυθαγόρας γὰρ τὴν ἐκείνου σοφίαν μιμησάμενος, εἰς τοσοῦτον ἐπὶ σωφροσύνῃ διαβεβόηται, ὥστε καὶ τῷ σωφρονεστάτῳ Πλάτωνι παράδειγμα τὴν ἑαυτοῦ ἐγκράτειαν καταστῆσαι. Δανιὴλ δ'[3]) ὁ θεσπίσας τὰ μέλλοντα, καὶ τῆς ἐξοχωτάτης μεγαλοψυχίας ἐργάτης, ἠθῶν τε καὶ παντὸς βίου κάλλει διαπρέψας, πόσην τινὰ καὶ πῶς τραχεῖαν κατηγωνίσατο δυσχέρειαν τοῦ κατὰ Συρίαν τότε τυράννου; Ὄνομα δ' ἐκείνῳ Ναβουχοδονόσορ ἦν, οὗ πάσης τῆς γενεᾶς ἐξαλειφθείσης, ἡ σεμνὴ καὶ ὑπερμεγέθης ἐκείνη δύναμις πρὸς τοὺς Πέρσας διῆλθε. Διαβόητος γὰρ ἦν καὶ ἄχρι νῦν ἐστιν ὁ πλοῦτος τοῦ τυράννου, καὶ ἡ ἄκαιρος περὶ τὴν μὴ δέουσαν θρησκείαν ἐπιμέλεια, μετάλλων τε παντοδαπῶν οὐρανομήκη ὑφάσματα, φρικτοί τε καὶ πρὸς ὠμότητα οἱ τῆς θρησκείας συντεθέντες νόμοι· ὧν πάντων ὁ Δανιὴλ καταφρονήσας[4]) διὰ τὴν ἄχραντον πρὸς τὸν ὄντως θεὸν εὐσέβειαν, τὴν ἄκαιρον τοῦ τυράννου σπουδὴν, μεγάλου τινὸς κακοῦ ἐσομένην αἰτίαν ἐμαντεύετο;

κλήρους quod Val. vertit: „Ac superiores quidem imperatores ob feritatem atque immanitatem morum, *alienos* semper *atque extraneos* habui" Stroth.: „*Ich habe immer die vorigen Kayser, ihrer wilden Sitten wegen, nicht für meine Vorfahren gehalten.*" Similiter ἀποκηρύττειν dicitur de patre qui filium negat esse amplius suum eumque exheredit. Quae quidem patris sententia publice per praeconem promulgata dicebatur ἀποκήρυξις, ut filii abdicati ἐκπεπτωκότες τοῦ γένους. Vid. *Petitus* de legg. Attic. p. 157. Aelian. V. H. II, 12. Chrysost. homill. T. XII. p. 359. C. ed. *Montefalc.* πατὴρ υἱὸν ἀπεκήρυττε.] — 2) *Καὶ φιλοσόφους.* Omissa hic videtur esse particula, qua adiecta longe elegantior fiet oratio. Scribo igitur ἤτοι σοφοὺς ἢ καὶ φιλοσόφους, id est, *seu sapientes, seu philosophos malis dicere.* — 3) *Δανιὴλ δέ.* Postquam de Aegyptiis et de Memphis excidio dixit, transit ad Assyrios et ad Babylonis vastationem. Et occasione quidem Aegyptiorum, Mosis laudationem inseruit. Nunc vero de Assyriis agens, Danielis laudes exequitur, qui apud Assyrios seu Babylonios captivus vixit. — 4) *Ὁ Δανιὴλ καταφρονήσας.* Post haec verba antiquarius qui codicem Regium descripsit, offensus mendorum multitudine quibus exemplar scatebat, hic finem scribendi fecit. Atque hoc testatus est his verbis ad imam paginam appositis . . . *νσας πρὸς τὸ πέλαγος τῶν σφαλμάτων τοῦ βιβλίου, ἐπέσχον τὴν χεῖρα τοῦ γράφειν, ὅτι μηδὲν ὑγιὲς ἐνῆν τῷ πρωτοτύπῳ, καθὼς ἐκ τῶν γραφέντων ἔστι τεκμήρασθαι τοὺς ἀνα-*

ἀλλ' οὐκ ἔπειθε τὸν τύραννον· ὁ γὰρ ἄφθονος[5]) πλοῦτος ἐμπόδιον πρὸς τὸ καλῶς φρονεῖν ὑπάρχει. Τέλος γοῦν τὸ ἄγριον τῆς ἑαυτοῦ διανοίας ὁ δυνάστης ἐξέφηνε, θηρσὶν ἀγρίοις διαλυμανθῆναι τὸν δίκαιον κελεύσας. Γενναία γε μὴν καὶ ἡ τῶν ἀδελφῶν ἐν τῷ μαρτυρεῖν ὁμοδοξία· οὓς οἱ μετὰ ταῦτα ζηλώσαντες, ὑπερμεγέθη δόξαν τῆς πρὸς τὸν σωτῆρα πίστεως ἤραντο· πυρὶ καὶ καμίνῳ καὶ τοῖς εἰς τὸ φαγεῖν αὐτοὺς τεταγμένοις δεινοῖς ἀδήωτοι φανέντες, ἁγνῇ τε σωμάτων προσβολῇ τὸ ἐμπεριεχόμενον τῇ καμίνῳ πῦρ ἀπωθούμενοι. Δανιὴλ δὲ μετὰ τὴν κατάλυσιν τῆς Ἀσσυρίων βασιλείας, ἀναιρεθείσης κεραυνῶν βολαῖς[6]), ἐπὶ Καμβύσην τὸν Περσῶν βασιλέα μετῆλθεν ἐκ θείας προνοίας· φθόνος δὲ κἀνταῦθα, καὶ πρός γε τῷ φθόνῳ, ὀλέθριοι μάγων ἐπιβουλαί, διαδοχαί τε κινδύνων μεγάλων τε καὶ πολλῶν· ἐξ ὧν πάντων, συναιρομένης τῆς Χριστοῦ προνοίας σωθεὶς εὐχερῶς, παντοίας ἀρετῆς πείρᾳ διέπρεψεν. Οἱ γάρτοι μάγοι, τρὶς τῆς ἡμέρας εὐχομένου τοῦ ἀνδρὸς, μεγάλας τε καὶ ἐξαισίους ἀρετὰς[7]) ἀξιομνημονεύτων ἔργων κατορθοῦντος, αὐτὴν τὴν τῶν εὐχῶν ἐπίτευξιν φθόνῳ διέβαλλον· ἐπικίνδυνον δὲ σφόδρα[8]) τὴν τοσαύτην αὐτοῦ δύναμιν διαβάλλοντες πρὸς τὸν δυνάστην, ἔπεισαν αὐτὸν, τὸν[9]) τοσούτων ἀγα-

---

γινώσκοντας. — 5) [Ἄρχοντος Ion. et mox γὰρ pro γοῦν Ion. Cast.] — 6) Ἀναιρεθείσης κεραυνῶν βολῇ. Nescio unde haec hausit Constantinus, qui regnum Assyriorum fulminum iactu destructum esse scribit; quod quidem alibi legere non memini. Sed neque id satis intelligo. Homines enim et arces et civitates fulminis iactu destrui possunt, ut de Phlegyis poetae fabulati sunt, regnum vero quomodo fulminibus aboleri possit, equidem non video. In manuscriptis codicibus Fuk. et Turnebi, et in schedis Regiis scribitur κεραυνῶν βολαῖς. — 7) Ἐξαισίους ἀρετάς. Constantinus Latine virtutes dixerat; quam vocem in sacris libris sumi solere pro miraculis nemo nescit. Male interpres huius orationis ἀρετὰς vertit, cum δυνάμεις potius vertere debuisset. — 8) Ἐπικίνδυνον σφόδρα. In codice Fuk. hic locus ita distinguitur: διέβαλλον ἐπικίνδυνον· σφόδρα δὲ τὴν τοσαύτην etc. — 9) Ἔπεισαν αὐτόν. Scribo καὶ ἔπεισαν αὐτὸν, ut in libro Moraei ad marginem emendatur. [Καὶ quoque Cast. Zimm. sed causa cur ita scribendum sit, non liquet.] Ceterum haec narratio adversatur scripturae sacrae. Neque enim magi Danielem accusasse dicuntur in sacris voluminibus, sed satrapae: nec Cambyses vocatur is qui Danielem bestiis obiici iussit, sed Darius Medus, de quo variae sunt chronologorum sententiae. Nam plerique Cyaxarem hunc esse volunt, Astyagis filium. Scaliger vero Nabonnidum esse contendit; cuius opinioni suffragatur Petavius noster. Quorum consensum magni facio. Nam cum in plerisque dissentire soleant, ubicumque eos convenire viderimus, maximum veritatis argumentum est. Eorum tamen sententiae refragari videtur Abydenus in historia Assyriorum. Hic enim scribit, Nabuchodonosorum paulo ante mortem divino numine afflatum praedixisse Babyloniis, urbem ipsorum non multo post esse perituram. Mulum enim Persam venturum esse, qui ipsis iugum servitutis imponat. Eius vero adiutorem in expugna-

θῶν δημοσίᾳ παραίτιον τοῖς Πέρσαις γενόμενον, λεόντων ἀγρίᾳ θοίνῃ κατακριθῆναι. Καθείρκτο δὲ κατακριθεὶς, οὐκ εἰς ὄλεθρον, ἀλλ' αἰώνιον εὐδοξίαν ὁ Δανιὴλ, καὶ ἐν μέσοις τοῖς θηρσὶν ἐξεταζόμενος, ἠπίων καὶ ἡμερωτέρων τῶν θηρίων[10]), ἢ τῶν καθειρξάντων, ἐπειρᾶτο· πάντας γὰρ εὐχὴ[11]) κοσμιότητος καὶ σωφροσύνης ἀρετῇ συναιρομένη, τιθασσοὺς ἀπειργάζετο, τοὺς λυσσώδεις τῇ φύσει. Γνωσθέντων δὲ τούτων (τῷ) Καμβύσῃ (οὐ γὰρ δυνατὸν ἦν τοσαύτης, οὕτω τε θείας δυνάμεως κατορθώματα ἐπισκιάζεσθαι), ὑπερεκπέπληκτο μὲν αὐτὸς τῷ θαύματι τῶν ἀγγελλομένων, μετεγίνωσκε δὲ ἐπὶ τῷ πεισθῆναι ταῖς διαβολαῖς τῶν μάγων εὐχερῶς· ὅμως γοῦν ἐτόλμησε τῆς θέας ἐκείνης ἐπόπτης γενέσθαι· καὶ ἰδὼν τὸν μὲν ἄνδρα[12]) ἑκατέρας τῆς χειρὸς ὑψώματι τὸν Χριστὸν ὑμνοῦντα, τοὺς δὲ λέοντας ὑποβεβλημένους, καὶ οἱονεὶ τὰ ἴχνη τοῦ ἀνδρὸς προσκυνοῦντας, καὶ παραχρῆμα τοὺς ἀναπείσαντας αὐτὸν μάγους (τῇ αὐτῇ ζημίᾳ κατέκρινε, καθεῖρξέ τε τῇ τῶν λεόντων αὐλῇ)[13]), οἱ δὲ θῆρες οἱ τὸν μικρῷ πρόσθεν κολακεύσαντες, ἐπεφοίτων τοῖς μάγοις, καὶ πάντας αὐτοὺς κατὰ τὴν ἑαυτῶν φύσιν ἐλυμήναντο.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ'.

Περὶ τῆς Σιβύλλης τῆς Ἐρυθραίας, ἐν ἀκροστιχίδι τῶν τῆς μαντείας ἐπῶν, τὸν κύριον καὶ τὸ πάθος δηλούσης· ἔστι δὲ ἡ ἀκροστιχίς· Ἰησοῦς Χριστὸς, θεοῦ υἱὸς, σωτὴρ, σταυρός.

Παρίσταταί δέ μοι καὶ τῶν ἀλλοδαπῶν τι μαρτυριῶν[1]) τῆς τοῦ Χριστοῦ θεότητος ἀπομνημονεῦσαι· ἐκ γάρτοι τούτων

---

tione urbis futurum Medum, Assyriorum gloriam. Sic enim interpretor verba illa Abydeni οὗ δὴ συναίτιος ἔσται Μῆδης. Graeca certe verba nihil aliud sonant, quam id quod dixi. Quod si Medus socius atque auxiliator fuit Cyri in expugnanda et in servitutem redigenda Babylone, Medus utique non est Nabounidus. At Scaliger qui Darium Medum vult esse Nabonnidum, Abydeni verba sic explicat, culpa Medi eam calamitatem eventuram esse Babyloniis. Verum Abydenus non dixit: οὗ δὴ αἴτιος, sed συναίτιος: quo verbo societas et communio alicuius facti cum altero significatur. Sic filius dei συναίτιος dicitur, quia una cum patre omnium rerum auctor est. Constat igitur ex Abydeni verbis, Medum non esse Nabounidum. — 10) [(Τῶν) θηρίων Val. τῶν θηρίων Zimm. qui paulo post pro (τῷ) Καμβύσῃ Val. similiter scripsit [τῷ Καμβύσῃ.] — 11) Πάντας γὰρ εὐχῇ. Malim scribere in nominativo πάντας γὰρ εὐχὴ κοσμιότητος καὶ σωφροσύνης ἀρετῇ συναιρομένη, τιθάσσους ἀπειργάζετο. Id est: *tanta vis est precationis, ut immanissimas bestias mansuefecerit.* Certe in codice Fuk. legitur: εὐχὴ κοσμ. καὶ σωφ. ἀρετῇ συναιρομένη etc. — 12) Καὶ ἰδὼν τὸν ἄνδρα. In codice Fuk. et in schedis scribitur καὶ ἰδεῖν. — 13) [Τῇ αὐτῇ — αὐλῇ. Pro his Steph. παρέβαλε τοῖς λέουσιν. Ion. Cast. post αὐλῇ, habent τοὺς μάγους.]

δηλονότι καὶ ἡ τῶν βλασφημούντων αὐτὸν διάνοια, καὶ οἶδεν αὐτὸν θεὸν ὄντα θεοῦ παῖδα [2]*), εἴπερ γοῦν τοῖς ἑαυτῶν λόγοις πιστεύωσιν. Ἡ τοίνυν Ἐρυθραία Σιβύλλα, φάσκουσα ἑαυτὴν ἕκτῃ γενεᾷ μετὰ τὸν κατακλυσμὸν γενέσθαι, ἱέρεια ἦν τοῦ Ἀπόλλωνος* [3]*), διάδημα ἐπίσης τῷ θρησκευομένῳ ὑπ᾽ αὐτῆς θεῷ φοροῦσα, καὶ τὸν τρίποδα περὶ ὃν ὁ ὄφις εἱλεῖτο, περιέπουσα, ἀποφοιβάζουσά τε τοῖς χρωμένοις αὐτῇ· ἠλιθιότητι* [4]*) τῶν γονέων, ἐπιδεδωκότων αὐτὴν τοιαύτῃ λατρείᾳ, δι᾽ ἣν ἀσχήμονες θυμοὶ, καὶ οὐδὲν σεμνὸν ἐπιγίνεται, κατὰ τὰ αὐτὰ τοῖς ἱστορουμένοις περὶ τῆς Δάφνης. Αὕτη τοίνυν εἴσω τῶν ἀδύτων ποτὲ τῆς ἀκαίρου δεισιδαιμονίας προαχθεῖσα, καὶ θείας ἐπιπνοίας ὄντως γενομένη μεστὴ* [5]*), δι᾽ ἐπῶν περὶ τοῦ θεοῦ τὰ*

Cap. XVIII. 1) *Τῶν ἀλλοδαπῶν τι μαρτύριον.* Codex Fuk. et schedae scriptum habent *μαρτυριῶν*, rectius. Neque enim unum duntaxat testimonium affert Constantinus, sed duo. — 2) [*Διάνοια — παῖδα.* Steph. *διάνοια οἶδεν αὐτὸν θεὸν ὄντα καὶ θεοῦ παῖδα*, quem verborum ordinem secutus videtur Vales. in interpretatione. Vertit enim: „Sic enim — illum *deum deique filium* esse cognoscent."] — 3) *Ἱέρειαν τοῦ Ἀπόλλωνος.* Amplector emendationem doctorum virorum, quam etiam in Moraei libro reperi, *ἱέρεια ἦν τοῦ Ἀπ.* Ita certe Fuk. codex et schedae. — 4) *Τῇ ἠλιθιότητι.* Melius dixisset *διὰ τὴν ἠλιθιότητα.* [Ante pro *αὐτῇ* Cast. *αὐτῆς.*] — 5) *Καὶ θείας ἐπιπνοίας ὄντως γενομένη μεστή.* Quicumque ex Christianis scriptoribus Sibyllarum oracula ad confirmationem Christianae fidei protulerunt, ii necesse habuerunt idem de Sibyllis dicere quod Constantinus; eas scilicet divino quodam spiritu afflatas de Christo praedixisse. Ita Iustinus in oratione paraenetica ad Graecos: *ἔσται δὲ ὑμῖν ῥᾳδίως τὴν ὀρθὴν θεοσέβειαν ἐκ μέρους παρὰ τῆς παλαιᾶς Σιβύλλης ἔκ τινος δυνατῆς ἐπιπνοίας διὰ χρησμῶν ὑμᾶς διδασκούσης, μανθάνειν* etc. Quibus consona scribit Augustinus in lib. XVIII. de civitate dei cap. 23. et Hieronymus in lib. I. contra Iovinianum. Nam hic quidem Sibyllis ob meritum virginitatis divinationem scribit a deo esse concessam, Augustinus vero eas in civitatem dei adscribere non veretur. At Gregorius Naz. in carmine ad Nemesium, ait Hermem Trismegistum et Sibyllam, quaecumque de deo praedixerunt, non divinitus afflatos praedixisse, sed ex sacris Hebraeorum libris quae obiter perlegerant, ea accepisse:

οὐ θεόθεν, βίβλων δὲ παραβλέψαντες ἐμεῖο.

Scilicet Gregorius Nazianz. et sanctissimi illi ecclesiae patres, carmina illa revera a Sibyllis composita esse credebant, cum tamen ab otiosis hominibus conficta sint, et pro Sibyllis edita circa tempora imp. Hadriani. Certe nemo antiquior Iustino eorum mentionem fecit. Et Celsus, quem principatu M. Antonini vixisse supra demonstravimus, Christianos Sibyllinis carminibus multa falso inseruisse affirmat. Verba eius refert Origenes in lib. VII. *νῦν δὲ παρεγγράφειν μὲν εἰς τὰ ἐκείνης πολλὰ καὶ βλάσφημα εἰκῇ δύνασθαι.* Scio quidem Origenem id pernegare. Sic enim Celso respondet, debuisse illum antiquiora Sibyllinorum carminum exemplaria proferre, in quibus versus illi quos a Christianis intrusos esse dicebat, minime legerentur. Facile utique fuisset Celso id praestare, et falsitatem illorum versuum hoc argumento convincere. Sed suppetunt etiam alia argumenta, quibus id probari potest. Nam si Sibylla tam clare de Christo praedixerat, cur Paulus in suis epistolis, et cum ad Athenienses verba faceret, eius testimonio non est usus, maxime cum Aratum et alios gentilium poetas cita-

μέλλοντα προεθέσπισε, σαφῶς ταῖς προτάξεσι τῶν πρώτων γραμμάτων, ἥτις ἀκροστιχὶς λέγεται[6]), δηλοῦσα τὴν ἱστορίαν τῆς τοῦ Ἰησοῦ κατελεύσεως· ἔστι δὲ ἡ ἀκροστιχὶς αὕτη· Ἰησοῦς Χριστὸς, Θεοῦ υἱὸς, σωτὴρ, σταυρός· τὰ δ' ἔπη αὐτῆς, ταῦτα·

Ι δρώσει γὰρ χθὼν, κρίσεως σημεῖον ὅτ' ἔσται·
Η ξει δ' οὐρανόθεν βασιλεὺς αἰῶσιν, ὁ μέλλων
Σ άρκα παρὼν πᾶσαν κρῖναι καὶ κόσμον ἅπαντα.
Ο ψονται δὲ θεὸν μέροπες πιστοὶ καὶ ἄπιστοι,
Τ ψιστον μετὰ τῶν ἁγίων ἐπὶ τέρμα χρόνοιο,
Σ αρκοφόρον· ψυχάς τ' ἀνδρῶν ἐπὶ βήματι κρινεῖ.
Χ έρσος ὅτ' ἄν ποτε κόσμος ὅλος καὶ ἄκανθα γένηται·
Ρ ίψωσι τ' εἴδωλα βροτοὶ καὶ πλοῦτον ἅπαντα,
Ε κκαύσῃ δὲ τὸ πῦρ γῆν, οὐρανὸν ἠδὲ θάλασσαν
Ι χνεύων[7]), ῥήξῃ τε πύλας εἱρκτῆς ἀΐδαο.
Σ ὰρξ τότε πᾶσα νεκρῶν, ἐς ἐλευθέριον φάος ἥξει·
Τ οὺς ἁγίους, ἀνόμους τε τὸ πῦρ αἰῶσιν ἐλέγξει·
Ο ππόσα τὶς πράξας ἔλαθεν, τότε πάντα λαλήσει.
Σ τήθεα γὰρ ζοφόεντα θεὸς φωστῆρσιν ἀνοίξει·

---

re non dedignetur? Certe si Sibylla hanc de Christo acrostichidem scripsit, nihil causae est, cur illam inter prophetas et quidem primo loco recensere dubitemus. Nullus enim inter antiquos Hebraeorum prophetas tam clare ac diserte scripsit de Christo, quam sunt haec a Constantino prolata Sibyllae carmina. Neque tamen aut Origenes, aut ullus sanctorum patrum id unquam concessit, ut Sibyllae inter prophetas haberentur, immo eos qui ita crederent, haereticos esse existimarunt, et Sibyllistas appellaverunt, ut docet Origenes in lib. V. contra Celsum, ubi respondens Celso, qui Christianos varias in sectas divisos esse obiecerat; alios quippe esse psychicos, alios spirituales, alios Iudaeorum deum colere, alios non item, alios Sibyllistas esse, etc., sic ait: *εἶπε δέ τινας εἶναι καὶ Σιβυλλιστάς· τάχα παρακούσας τινῶν ἐγκαλούντων τοῖς οἰομένοις προφῆτιν γεγονέναι τὴν Σίβυλλαν, καὶ Σιβυλλιστὰς τοὺς τοιούτους καλεσάντων.* [Vid. *Thorlacius* libri Sibyllistarum veteris ecclesiae, quatenus monumenta Christiana sunt, crisi subiecti, Havn. 1815. 8. *Bleek* über Entstehung und Zusammensetzung der uns in 8 Büchern erhaltenen Sammlung sibyllinischer Orakel in *Schleiermacher*, *de Wette* und *Lücke* theologische Zeitschrift Fasc. I. p. 120 sqq. Fasc. II. p. 172 sqq. Cf. *Jortin* Anmerkungen über die Kirchenhistorie T. I. p. 278 sqq. p. 309 sqq. *M. Solanus* ad Lucian. de morte Peregrini T. III. p. 351. ed. *Reitz.* nos in Excurs. I. ad Euseb. H. E. T. III. p. 353. et *Tzschirner* Fall des Heidenthums T. I. p. 194 sqq. p. 268 sqq.] — 6) [*Ταῖς προτάξεσι — λέγεται.* Cf Cicer. de divinat. II, 54. ed. *Schutz.*: „Non esse autem illud carmen furentis, quum ipsum poema declarat, — — tum vero *ea*, *quae ἀκροστιχὶς dicitur*, *quum deinceps ex primis versuum litteris aliquid connectitur*, *ut in quibusdam Ennianis.*" Pro ταῖς προτάξεσι Ion. ταῖς ἀποδείξεσι καὶ προτ.] — 7) Ἰχνεύων. Omissus hic erat versus, qui ex libro Moraei, Fuk. et Regiis schedis, et ex editione Sibyllinorum carminum, quam curavit Seb. Castalio, ita supplendus est:

Θ ρῆνός τ' ἐκ πάντων ἔσται, καὶ βρυγμὸς ὀδόντων.
Ε κλείψει σέλας ἠελίου, ἄστρων τε χορεῖαι,
Ο ὐρανὸν εἱλίξει [8]), μήνης δὲ τε φέγγος ὀλεῖται.
Υ ψώσει δὲ φάραγγας, ὀλεῖ δ' ὑψώματα βουνῶν.
Υ ψος δ' οὐκέτι λυγρὸν ἐν ἀνθρώποισι φανεῖται·
Ι σά τ' ὄρη πεδίοις ἔσται· καὶ πᾶσα θάλασσα
Ο ὐκ εἰς πλοῦν ἕξει. Γῆ γὰρ φρυχθεῖσα κεραυνῷ,
Σ ὺν πηγαῖς ποταμοί τε καχλάζοντες [9]) λείψουσιν.
Σ άλπιγξ δ' οὐρανόθεν φωνὴν πολύθρηνον ἀφήσει,
Ω ρύουσα μύσος μελεὸν [10]) καὶ πήματα κόσμου.
Τ αρταρόεν χάος [11]) δείξει ποτὲ γαῖα χανοῦσα·
Η ξουσιν δ' ἐπὶ βῆμα θεοῦ βασιλῆες ἅπαντες.
Ρ εύσει δ' οὐρανόθεν ποταμὸς πυρός, ἠδέ γε θείου.
Σ ῆμα δέ τοι τότε πᾶσι βροτοῖς ἀριδείκετον, οἷον
Τ ὸ ξύλον ἐν πιστοῖς τὸ κέρας τὸ ποθούμενον ἔσται·
Α νδρῶν εὐσεβέων ζωή, πρόσκομμά τε κόσμου,
Υ δασι φωτίζον πιστοὺς ἐν δώδεκα πηγαῖς [12])·

Ἐκκαύσει δὲ τὸ πῦρ γῆν, οὐρανὸν ἠδὲ θάλασσαν
Ἰχνεύων.

Quanquam ἰχνεῦον malim legere in neutro. Omissum autem esse hunc versum docet vetus versio apud Augustinum in lib. XVIII. de civitate dei, quae sic habet:

Exuret terras ignis pontumque polumque
Inquirens.

Porro versum illum Graecum ideo expunxerant, quod tota acrostichis absque illo stare videretur. Nec animadvertebant, in acrostichide nomen Christi scribi cum diphthongo Χρειστός: quod cur factum sit nescio. Acrostichis tamen Latina id retinuit apud Augustinum. Sane veteres Graeci nomen Christi octosyllabum [Imo tantum octo litterarum.] faciebant, Χρειστὸς scribentes cum diphthongo, ut docet Irenaeus in libro I. cap. 10. [Ceterum similes lusus eius quae hoc capite proposita est, ἀκροστιχίδος veteres Christiani satis amabant. Vid. *Schmidt* Handbuch der christlichen KG. T. II. p. 438 sq. *Augusti* Denkwürdigkeiten aus der christlichen Archaeologie T. IV. p. 59 sq. T. VII. p. 79 sq.* Cf. *Neander* Denkwürdigkeiten T. I. p. 303 sqq.] — 8) Οὐρανὸν εἱλίξει. Ita legitur in editione vulgata Sibyllinorum carminum. Vetus quoque versio hanc scripturam confirmat, sic enim habet: *Volvetur coelum* etc. Ego tamen non dubito quin scribendum sit εἱλίξειν. Subauditur enim ἐκλείψει, quod paulo ante praecessit. — 9) Ποταμοὶ καχλάζοντες. In codice Fuk. et in schedis legitur ποταμοί τε καχλάζοντες etc. — 10) Ὠρύουσα τὸ μέλλον. In editione Castalionis hic versus ita scribitur:

Ὠρύουσα μύσος μελεὸν καὶ πήματα κόσμου.

Quam scripturam confirmat vetus versio apud Augustinum:

Sed tuba tunc sonitum tristem dimittet ab alto
Orbe, gemens facinus miserum variosque labores.

In codice Fuk. scribitur ὠρύουσα μέλος καὶ πήματα κόσμου. [Ion. σφ. τὸ μέλος καί τοι δὴ π. κ.] — 11) Ταρταρόεν χάος. Rectius in editione Sibyllinorum carminum legitur ταρτάρεον δὲ χάος τότε δείξει γαῖα χανοῦσα. — 12) Φωτίζων πιστοὺς ἐν δώδεκα πηγαῖς. In editione Sibyllinorum carmi-

Ρ άβδος ποιμαίνουσα[13]) σιδηρείη γε κρατήσει.
Ο ὗτος ὁ νῦν προγραφεὶς ἐν ἀκροστιχίοις θεὸς ἡμῶν
Σ ωτήρ, ἀθάνατος βασιλεὺς ὁ παθὼν ἕνεχ' ἡμῶν.

Καὶ ταῦτα τῇ παρθένῳ δηλαδὴ θεόθεν ἐπέστη προκηρύξαι. Μακαρίαν δ' αὐτὴν ἔγωγε κρίνω, ἣν ὁ σωτὴρ ἐξελέξατο προφῆτιν τῆς ἑαυτοῦ περὶ ἡμῶν προμηθείας.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΘ'*).

Ὅτι ἡ περὶ τοῦ σωτῆρος μαντεία παρ' οὐδενὸς τῶν τῆς ἐκκλησίας πέπλασται, ἀλλὰ τῆς Ἐρυθραίας Σιβύλλης ἐστὶν, ἧς τὰς βίβλους Κικέρων ὁ ποιητὴς πρὸ τῆς ἐπιδημίας τοῦ Χριστοῦ Ῥωμαϊστὶ μετέφρασε· καὶ ὅτι Βιργίλιος μέμνηται αὐτῆς, καὶ τοῦ παρθενικοῦ τόκου, δι' αἰνιγμάτων, φόβῳ τῶν κρατούντων, ὑμνήσας τὸ μυστήριον.

Ἀλλ' οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ἀπιστοῦσι, καὶ ταῦθ' ὁμολογοῦντες Ἐρυθραίαν γεγενῆσθαι Σιβύλλαν μάντιν, ὑποπτεύουσι δέ τινα τῶν τῆς ἡμετέρας θρησκείας, ποιητικῆς μούσης οὐκ ἄμοιρον, τὰ ἔπη ταῦτα πεποιηκέναι, νοθεύεσθαί τε αὐτὰ, καὶ Σιβύλλης θεσπίσματα εἶναι λέγεσθαι, ἔχοντα βιωφελεῖς γνώμας, τὴν πολλὴν τῶν ἡδονῶν περικόπτουσας ἐξουσίαν, καὶ ἐπὶ τὸν σώφρονά τε καὶ κόσμιον βίον ὁδηγούσας· ἐν προφανεῖ δ' ἀλήθεια[1]), τῆς τῶν ἡμετέρων ἀνδρῶν ἐπιμελείας συλλεξάσης τοὺς χρόνους ἀκριβέστερον, ὡς πρὸς τὸ μηδένα τοπάζειν, μετὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ κάθοδον καὶ κρίσιν γεγενῆσθαι τὸ ποίημα, καὶ ὡς πάλαι προλεχθέντων ὑπὸ Σιβύλλης τῶν ἐπῶν ψεῦδος διαφημίζεσθαι.

---

num legitur κλητούς, quod magis placet, tum quia vocem πιστοὺς iam paulo ante posuit, tum quia non recte dicerentur fideles illuminari per baptismum. Neque enim fideles illuminantur baptismo, sed potius gentiles qui ad fidem vocati sunt. Postquam autem illuminati fuerint per sacrum lavacrum, tunc demum fideles dicuntur. Porro duodecim fontes designant, ut opinor, duodecim apostolos. — 13) Ῥάβδος ποιμαίνουσα. Recte Betuleius annotavit Sibyllam alludere hic ad psalmum II., in quo dicitur ποιμανεῖς αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ. Ex quo apparet, verum esse id quod supra ex Gregorio Naz. observavimus, Sibyllam, seu quisquis Sibyllina conscripsit carmina, ex sacris libris multa desumpsisse. Itaque non dubito quin hi versus, ut iamdudum monuit Cicero, non a Sibylla vatidico furore percita editi, sed attento animo conscripti sint a quopiam sub Sibyllae nomine.

Cap. XIX. *) In codice Fuk. et in schedis veteribus hoc caput inchoatur ab his verbis: καὶ ταῦτα τῇ παρθένῳ etc. post finem acrostichidis. — 1) Ἐν προφανεῖ δ' ἀληθείᾳ. Amplector emendationem Christophorsoni, qui legit ἐν προφανεῖ δὲ ἡ ἀλήθεια. [Ita scripsit Zimm., δ' ἀληθείᾳ

Ὡμολόγηται γὰρ Κικέρωνα²) ἐντετυχηκότα τῷ ποιήματι, μετενεγκεῖν τε αὐτὸ εἰς τὴν Ῥωμαίων διάλεκτον, καὶ συντάξαι αὐτὸ τοῖς ἑαυτοῦ συντάγμασι· τοῦτον ἀναιρεῖσθαι κρατήσαντος Ἀντωνίου· Ἀντωνίου δ' αὖ πάλιν Αὔγουστον περιγεγενῆσθαι, ὃς ἓξ καὶ πεντήκοντα ἔτη ἐβασίλευσε. Τοῦτον Τιβέριος διεδέξατο· καθ' ὃν χρόνον ἡ τοῦ σωτῆρος ἐξέλαμψε παρουσία, καὶ τὸ τῆς ἁγιωτάτης θρησκείας ἐπεκράτησε μυστήριον, ἥ τε νέα τοῦ δήμου διαδοχὴ³) συνέστη· περὶ ἧς οἶμαι λέγειν⁴) τὸν ἐξοχώτατον τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν ποιητῶν·

Ἔνθεν ἔπειτα νέων πληθὺς ἀνδρῶν ἐφαάνθη⁵).

Καὶ πάλιν ἐν ἑτέρῳ τινὶ τῶν βουκολικῶν τόπῳ⁶)·

Σικελίδες Μοῦσαι, μεγάλην φάτιν ὑμνήσωμεν.

Τί τούτου φανερώτερον; Προστίθησι γάρ⁷)·

Ἤλυθε Κυμαίου μαντεύματος εἰς τέλος ὀμφή.

Κυμαίαν αἰνιττόμενος δηλαδὴ τὴν Σιβύλλαν. Καὶ οὐκ ἠρκέσθη τούτοις, ἀλλὰ περαιτέρω προεχώρησεν, ὡς τῆς χρείας τὴν αὐτοῦ μαρτυρίαν ἐπιποθούσης· τί λέγων αὖθις;

Οὗτος ἄρ' αἰώνων ἱερὸς στίχος ὄρνυται ἡμῖν·
Ἥκει παρθένος αὖθις, ἄγουσ' ἐρατὸν βασιλῆα.

Τίς οὖν ἄρα εἴη παρθένος ἡ ἐπανήκουσα; Ἆρ' οὐχ ἡ πλήρης τε καὶ ἔγκυος γενομένη τοῦ θείου πνεύματος; Καὶ τί τὸ κωλῦον

---

tenuit Val. pro quo levissima mutatione scripsi δ' ἀλήθεια.] — 2) Ὡμολόγηται γὰρ Κικέρωνα. Locus Ciceronis a Constantino designatus, extat in lib. II. de divinatione [cap. 54.], ubi versuum quorundam Sibyllae et acrostichidis mentionem facit. Verum acrostichidem illam de qua loquitur Cicero, hanc ipsam esse quam hic protulit Constantinus, nulla ratione probari potest. Immo ex Ciceronis verbis contrarium elicitur. In illa enim acrostichide a Cicerone memorata, monebantur Romani ut regem aliquem eligerent, si salvi esse vellent, ut Cicero ibidem testatur. Itaque primae versuum illorum literae Iulii Caesaris nomen, ut credibile est, praenotabant. At in hac acrostichide a Constantino prolata, nihil extat eiusmodi. Quare non dubium est, quin Cicero diversam ab hac acrostichidem intellexerit, licet aliter senserit Sebastianus Castalio aliique. Falsum propterea est, quod subiicit Constantinus, Ciceronem hanc de Christo acrostichidem de Graeco in Latinum sermonem transtulisse, et libris suis intexuisse. [Vid. Blondell. de sibyll. L. I. c. 14. 15. 61. *Lowth.* de sacra Hebraeorum poësi XXI. p. 289—293. Die Bekehrung des Kaisers Constantins aus dem Englischen des *Edw. Gibbon* p. 56 sq.] — 3) *Νέα τοῦ δήμου διαδοχή.* Hic etiam agnoscere licet imperitiam interpretis, qui *δήμου* posuit pro *ἔθνους*. Neque enim *δῆμος Χριστιανῶν* recte dicitur, sed *ἔθνος*. — 4) [*Λέγειν.* Vid. Virgil. Eclog. IV, 7.] — 5) *Νέων πληθὺς ἀνδρῶν ἐφαάνθη.* In codice Fuk. et in schedis scriptum inveni *νέα πληθύς*. — 6) *Βουκολικῶν τόπων.* Apparet scribendum esse *τόπῳ*. Atque ita codex Fuk. Porro nec Fuk. codex nec schedae veteres novum caput hic ordiuntur. [Vid. Virgil. l. l. v. 1.] — 7) [*Προστίθησι.* Vid.

τὴν ἄφιξιν τοῦ θείου πνεύματος, κόρην εἶναι λέγων καὶ ἀναμάρτητον παρθένον. Ἐπανήξει δὲ ἐκ δευτέρου[8]), (καὶ) τὴν οἰκουμένην παραγενόμενος ἐπικουφίσει. Καὶ προστίθησιν ὁ ποιητής·

Τὸν δὲ νεωστί που[9]) τεχθέντα φαεσφόρε μήνη,
Ἀντὶ σιδηρείης χρυσῆν γενεὴν ὀπάσαντα,
Προσκύνει.
Τοῦδε γὰρ ἄρχοντος, μενοινεία πάντα βρότεια,
Ἄλγεά τε στοναχαί τε[10]) κατευνάζονται ἀλιτρῶν.

Συνίεμεν δὴ φανερῶς τε ἅμα καὶ ἀποκρύφως δι' ἀλληγοριῶν τὰ λεχθέντα· τοῖς μὲν βαθύτερον[11]) ἐξετάζουσι τὴν τῶν ἐπῶν δύναμιν, ὑπ' ὄψιν τῆς τοῦ Χριστοῦ θεότητος· ὅπως δὲ μή τις[12]) τῶν δυναστευόντων ἐν τῇ βασιλευούσῃ πόλει, ἐγκαλεῖν ἔχῃ τῷ ποιητῇ, ὡς παρὰ τοὺς πατρῴους νόμους συγγράφοντι, ἐκβάλλοντί τε τὰ πάλαι ὑπὸ τῶν προγόνων περὶ τῶν θεῶν νομιζόμενα, ἐπικαλύπτεται τὴν ἀλήθειαν· ἠπίστατο γάρ, οἶμαι, τὴν μακαρίαν καὶ ἐπώνυμον τοῦ σωτῆρος τελετήν[13]), ἵνα δὲ τὸ ἄγριον τῆς ὠμότητος ἐκκλίνοι, ἤγαγε τὰς διανοίας τῶν ἀκουόν-

---

Virgil. l. 1. v. 4—6.] — 8) Ἐπανήξει δὲ ἐκ δευτέρου. Supple ὁ ἐρατὸς βασιλεύς, cuius mentio fit in ultimo versu:

Ἥκει παρθένος αὖθις, ἄγουσ' ἐρατὸν βασιλῆα.

In carmine tamen Virgilii [vid. v. 8. 9. 10. 13. 14.] hoc non dicitur. Verum Constantinus, ut opinari licet, versus Virgilii paululum immutaverat, et Saturni nomen consulto expunxerat, ut argumento suo serviret. [Mox καὶ pro (καὶ) Zimm.] — 9) Τὸν δὲ νεωστί που. Ultima vox deest in codice Fuk. et in schedis. Turnebus vero ad oram sui libri notarat forte scribendum esse κατ. [Ita quoque Cast. Zimm.] — 10) Καὶ στοναχαί τε. Hic versus ita restituendus videtur: ἄλγεά τε στοναχαί τε κατευνάσονται ἀλιτρῶν. [Ἄλγεά τε στοναχαί τε habet quoque Ion. cum quo et Zimm. ipse illud recepi. Sed κατευνάσονται cum eodem Zimm. non opus putavi scribere pro κατευνάζονται, quod aptius etiam videtur.] Versus autem qui hunc proxime antecedit, nulla indiget emendatione. In codice tamen Fuk. ac Turnebi ita
μὲν ἴλκεα πάντα βρότεια. — 11) Τοῖς
βαθύτερον etc. vel potius βαθυτέρως.
Χριστοῦ θεότητος, addenda videntur h
Fuk. codice scribitur τὴν τοῦ Χριστο
libro Savilii. [Mox ἐπ' ὄψιν Cast.]
ὅπως δὲ μή τις etc. necessaria emen
Scaligerum et alios emendatores. Cum
βαθύτερον etc., necessario hic sequi d
pleatur. Ait enim Constantinus, Virg
cutum fuisse. Et obscure quidem ino
tum, palam vero et aperte locutum
templa nominasse. Coniecturam nostr
ita prorsus scribitur, ut diu antea co
σωτῆρος τελετήν. Lego τελευτήν, quom

τινὸς πρὸς τὴν ἑαυτῶν συνήθειαν, καί φησι, χρῆναι βωμοὺς ἱδρύσθαι καὶ νεὼς κατασκευάζειν, θυσίας τ' ἐπιτελεῖσθαι τῷ νεωστὶ τεχθέντι· ἀκολούθως δὲ καὶ τὰ λοιπὰ ἐπήγαγε τοῖς φρονοῦσι. Φησὶ γάρ[14])·

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κ.

Βιργιλίου Μάρωνος ἕτερα περὶ Χριστοῦ ἔπη, καὶ ἡ τούτων ἑρμηνεία, ἐφ' οἷς δείκνυται δι' αἰνιγμάτων, ὡς παρὰ ποιητοῦ μηνυθὲν τὸ μυστήριον.

Λήψεται ἀφθάρτοιο θεοῦ βίοτον, καὶ ἀθρήσει
Ἥρωας σὺν ἐκείνῳ ἀολλέας· ἠδὲ καὶ αὐτὸς,

δηλαδὴ τοὺς δικαίους.

Πατρίδι καὶ μακάρεσσιν ἐελδομένοισι φανεῖται,
Πατροδότῳ ἀρετῇ[1]) κυβερνῶν ἡνία κόσμου.
Σοὶ δ' ἄρα παῖ, πρώτιστα φύει δωρήματα γαῖα
Κριθὴν[2]) ἠδὲ κύπειρον ὁμοῦ κολακάσσι' ἀκάνθῳ.

Θαυμαστὸς ἀνὴρ καὶ πάσῃ παιδείᾳ κεκοσμημένος, ὃς ἀκριβῶς ἐπιστάμενος τὴν τῶν τότε καιρῶν ὠμότητα·

Σοὶ δὲ παῖς[3]) θαλεροί, φησί, μαστοὶ καταβεβριθυῖαι,
Αὐτόματοι γλυκὺ νᾶμα συνεκτελέουσι γάλακτος,
Οὐδὲ θέμις ταρβεῖν βλοσυροὺς ἀγέλῃσι λέοντας.

Ἀληθῆ λέγων· ἡ γὰρ πίστις, τῆς βασιλικῆς αὐλῆς τοὺς δυνάστας οὐ φοβηθήσεται.

Φύσει δ' εὐώδη τὰ σπάργανα, ἄνθεα αὐτά[4])·
Ὄλλυται ἰοβόλου φύσις ἑρπετοῦ, ὄλλυται ποίη[5])
Λοίγιος· Ἀσσύριον θάλλει κατὰ τέμπε[6]) ἄμωμον.

ἐπώνυμον τοῦ σωτῆρος dixit pro σωτήριον. Certe codex Fuketii habet τελετήν. — 14) [Φησί. Vid. Virg. l. l. v. 15—25.]

Cap. XX. 1) [*Πατροδότοις ἀρετῇσι* Cast. Zimm. Mox Cast. pro *παιδείᾳ, σοφίᾳ.*] — 2) *Κριθήν.* In libro Moraei vir doctus ad marginem emendavit *κισσοὺς*, ut responderet versui Virgiliano *Errantes hederas.* Verum Graeca interpretatio liberior est, et in plerisque a sensu Virgilii longe discedit. — 3) *Σοὶ δὲ ὦ παῖς.* Non dubito quin scribendum sit: *σοὶ δ' αἶγαι θαλεροῖς μαστοῖς κατεβεβριθυῖαι.* Quae quidem emendatio prorsus necessaria est, utpote sine qua sensus non constat. In codice Fuk. ac Turnebi legitur: *σοὶ δὲ παῖς θαλερέ φησι* etc. In schedis autem Regiis *σοὶ δὲ παῖς θαλεροὶ φησὶ μαστοὶ* etc. — 4) *Ἄνθεα αὐτά.* Codex Fuk. pro his verbis habet *ἄσιτ' ἐνιπήν*,, schedae *ἄσιτ' ἐνιπήν.* — 5) *Ὄλλυται πίσσης.* Lego cum Scaligero et Bongarsio *ποίη.* Respondet enim illis verbis Virgilii *et fallax herba veneni.* Sed in libro Moraei

Τούτων οὐδὲν[7]) ἀληθέστερον, οὐδὲ τῆς τοῦ σωτῆρος ἀρετῆς οἰκειότερον εἴποι τις ἄν· αὐτὰ γὰρ τὰ τοῦ θεοῦ σπάργανα, πνεύματος ἁγίου δυνάμει, εὐώδη τινὰ ἄνθη νεολαίᾳ[8]) ὤπασε γέννῃ. Ὁ δὲ ὄφις ἀπόλλυται, καὶ ὁ ἰὸς τοῦ ὄφεως ἐκείνου, ὃς τοὺς πρωτοπλάστους πρώτως ἐξηπάτησε, παράγων τὰς διανοίας αὐτῶν ἀπὸ τῆς ἐμφύτου σωφροσύνης[9]) ἐπὶ τὴν τῶν ἡδονῶν ἀπόλαυσιν, ὅπως γνοῖεν[10]) τὸν ἐπηρτημένον αὐτοῖς ὄλεθρον. Πρὸ γάρτοι τῆς κατελεύσεως τοῦ σωτῆρος, τῆς ἀθανασίας τῶν δικαίων ἀγνοίᾳ, τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων ἐπὶ μηδεμιᾷ χρηστῇ ἐλπίδι ἐρειδομένας, ἔθραυε· παθόντος δὲ αὐτοῦ καὶ πρὸς καιρὸν τοῦ περιτεθέντος σώματος χωρισθέντος, ἐκ τῆς κοινωνίας τοῦ ἁγίου πνεύματος[11]), ἀπεκαλύφθη τοῖς

---

ad marginem emendatur ὀλλ [illegible] re malis, tum
scribendum erit ὄλλυτε, ut c [illegible] e legitur ποιή-
σεως. In schedis Regiis ποίο [illegible] ο τέμνε, quod
in τέμνε mutandum esse mo [illegible] in Corrigendis
ad h. l.] — 7) Τούτων τ' [illegible] αὐτῶν δὲ οὐδὲν
ἀληθέστερον etc. In codice [illegible] ούτων οὐδέν. —
8) Νεολαῖᾳ. In libro Moraei [illegible] ᾳ. Atque ita
scribitur in codice Fuk. In [illegible] s porro huius
loci valde obscurus est. Mus [illegible] s namque dei
cunabulis spiritus sancti vi [illegible] flores, novam
scilicet progeniem dedit. C [illegible] erpretatur: Ipsa
enim dei cunabula spiritus sa [illegible] e novae soboli
extulerunt. Musculus igitur [illegible] εολαίαν γέννᾳ.
Christophorsonus vero δυνάμει [illegible] d magis probo.
Per νεολαίαν γένναν novellum populum Christianorum intelligit: de quo Virgilium loqui superius dixit eo versu: *Iam nova progenies coelo demittitur alto.* [Δυνάμει quod legendum esse, conicitur quoque in Ion., imprimendum curavi. Aperte enim nonnisi δυνάμει scripto, non δύναμις, ut habet Val., quadrant illa: Αὐτὰ γὰρ τὰ τοῦ θεοῦ σπάργανα — γέννῃ ad versum Virgilii: Φύσει δ' εὐώδη — αὐτά. Praeterea post σπάργανα comma posui, sed post ἄνθη idem delevi. Ad vocem νεολαίᾳ cf. V. C. IV, 43. τὰ παρ' αὐτοῖς ἀνθοῦντα κάλλη τῆς τοῦ θεοῦ νεολαίας, ex *tironibus* dei, interprete Val. Lucian. Phalar. I, 3. καὶ τῆς νεολαίας ἐπεμελούμην, καὶ τῶν γερόντων προυνόουν. Herodian. III, 4, 2. IV, 9. VI, 8, 4. Alciph. ep. I, 6. Clem. Alex. Paraenet. p. 53. Zosim. hist. IV, 12, 2. ed. *Reitem.* Himer. orat. XXIII. p. 798. ed. *Wernsdorf.* Hesychius νεολαία· νέων ἄθροισμα, ἢ νεότης, ἢ νέος λαός. *Dorville* ad Chariton. p. 22. *Lobeck.* ad Phrynich. p. 404.] — 9) [Σωφροσύνης Val. uncis inclusit quos cum Zimm. delevi. Ion. Cast. εὐφροσύνης fortasse rectius. Mox Ion. pro τῆς — ἀγνοίᾳ habet ἡ — ἄγνοια.] — 10) Ὅπως γνοῖεν. Hic particulam negativam addidi, ὅπως μὴ γνοῖεν. Quam emendationem sequentia manifeste confirmant. Si quis tamen vulgatam scripturam tueri velit, equidem non valde repugnabo, cum utramque defendi possit. — 11) Ἐκ τῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος κοινωνίας. Constantinus spiritum dixerat pro anima. Interpres vero de sancto spiritu accepisse videtur, quasi Christus divinitatem habuerit loco animae, quae fuit haeresis Apollinaris. In codice Fuk. post verbum χωρισθέντος, virgula apponitur. Quare videndum est, utrum verba illa ἐκ τῆς τοῦ ἁγίου κοινωνίας, coniungenda sint cum iis quae sequuntur: ἀπεκαλύφθη τοῖς ἀνθρώποις etc., ut sensus sit per communicationem spiritus sancti, quem

ἀνθρώποις τὸ δυνατὸν τῆς ἀναστάσεως[12]), καὶ εἴ τι περιλοιπὸν ἀνθρωπίνων ἀδικημάτων κατελείπετο, αὕτη πᾶσα λουτροῖς ἁγίοις ἐσμήχετο[13]). Τότε δὴ παρακελεύεται τοῖς ὑπηκόοις θαῤῥεῖν, καὶ ἐκ τῆς αὐτοῦ σεμνῆς διασήμου τε ἀναστάσεως, τὰ ὅμοια ἐλπίζειν ἐκέλευσεν. Οὐκοῦν δικαίως ἐτελεύτα τῶν ἰοβόλων ἡ φύσις, ἐτελεύτα δὲ καὶ θάνατος, ἐπεσφραγίσθη καὶ ἡ ἀνάστασις, ἀπώλετο δὲ καὶ τὸ τῶν Ἀσσυρίων γένος[14]), ὃ παραίτιον ἐγένετο τῆς πίστεως τοῦ θεοῦ· φύεσθαί τε πανταχοῦ φάσκων τὸ ἄμωμον, πλῆθος τῶν θρησκευόντων[15]) προσαγορεύει· οἷον γὰρ ἐκ μιᾶς ῥίζης πλῆθος κλάδων εὐώδεσι θάλλον ἄνθεσιν, ἀρδόμενον συμμετρίᾳ δρόσου, βλαστάνει. Πεπαιδευμένως δέ,

---

Christus post passionem hominibus infudit, patefactam esse vim resurrectionis. — 12) *Τὸ δυνατὸν τῆς ἀναστάσεως.* Non probo versionem Christophorsoni, qui hunc locum ita interpretatus est: *resurrectionis vis hominibus patefacta est.* Nec aliter Ioannes Portesius. Ego vero non dubito, quin τὸ δυνατὸν id significet, quod in versione mea expressi. [Vertit Val.: „patefacta est hominibus resurrectionis *fides*."] Ait igitur Constantinus, post mortem Christi patefactum esse hominibus, fieri posse ut corpora resurgerent. Antea enim obscura erat resurrectionis fides, etiam apud Iudaeos. Atque idcirco mortem tantopere reformidabant. — 13) [*Αὕτη — ἐσμήχετο.* Cf. V. C. IV, 61. not. 3. Mox *τοῦ ἰοβόλου* Ion.] — 14) *Ἀπώλετο δὲ καὶ τὸ τῶν Ἀσσυρίων γένος.* Hunc locum interpolavit Christophorsonus, expunctis duobus vocabulis prioribus. Savilius quoque in libro suo has voces *ἀπώλετο δὲ*, expunxit perinde ac Christophorsonus. Sed uterque longe falsus est. Nam Constantinus utpote artis grammaticae imperitus, Virgilii versum ita construxerat:

Occidet Assyrium, vulgo nascetur amomum.

τε παλαιῶν κακῶν. Procul dubio scribendum est νικητήριον τρόπαιον κατὰ δαιμόνων, παλαιῶν τε κακῶν ἀποτρόπαιον etc. Sic paulo ante locutus est Eusebius in fine superioris capitis, de corpore Christi ex mortuis suscitato verba faciens: τρόπαιον ἐπινίκιον κατὰ τοῦ θανάτου καὶ τῆς δαιμονικῆς παρατάξεως· τῶν τε παλαιῶν ἀνθρωποθυσιῶν ἀποτρόπαιον, τοῦθ' ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων ἀνεγείρας. Qui locus huic loco quem prae manibus habemus, lucem non modicam affert. Idem enim utrobique dicit Eusebius. Corpus enim Christi a morte ad vitam revocatum, et in caelum ascendens, comparat tropaeo quod de hostibus erigitur. [Val. emendationem exhibuit Zimm.] — 6) Θεὸς μὲν εἰς πάντας. Scribendum est θεὸς μὲν εἷς εἰς πάντας ἐκηρύττετο, quod confirmant sequentia. [Ita cum Zimm. scripsi. Cf. inferius verba: πάλιν ὁμοῦ θεὸς εἷς ἐκηρύττετο.] — 7) Ἄπιστος. Lege ἄσπειστος καὶ ἀκατάλλακτος τῶν ἐθνῶν ἔχθρα. Atque ita legisse videtur interpres. Sic Eusebius paulo post ὁμοῦ ἡ ἐξ αἰῶνος ἔχθρα καὶ μάχη τῶν ἐθνῶν διελύετο. Scribo etiam ἀνῄρητό τε, ut est in codice Fuk. [Pari tamen iure quo ἄσπειστος, scribi h. l. posse ἄπαυστος, censet *Davisius* ad Maxim. Tyr. dissert. XXXII, 8. T. II. p. 132. ed. *Reisk.* Vid. *Davis.* et *Markland.* ad h. l.] — 8) Σωτήριός τε ἡ Χριστοῦ. Hic locus ita mihi scribendus videtur: καὶ τρόπος εἷς εὐσεβείας σωτηρίας τε ἡ Χριστοῦ διδασκαλία, quam scripturam in versione mea sum secutus. Una, inquit, religionis ac salutis via, Christi scilicet doctrina, hominibus tradebatur. [Val.

φανθεῖσα, καὶ ἡ τοῦ Χριστοῦ διδασκαλία, ὁμοῦ καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ συνακμάσασαι ἀλλήλαις. Ἡ μέν γε τοῦ σωτῆρος ἡμῶν δύναμις τὰς τῶν δαιμόνων πολυαρχίας τε καὶ πολυθεΐας καθεῖλε, μίαν βασιλείαν θεοῦ πᾶσιν ἀνθρώποις, Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις καὶ τοῖς μέχρι τῶν ἐσχατιῶν τῆς γῆς κηρύττουσα· ἡ δὲ Ῥωμαίων ἀρχὴ ὡς ἂν προκαθῃρημένων τῶν τῆς πολυαρχίας αἰτίων, τὰς ὁρωμένας ἐχειροῦτο, εἰς μίαν ἕνωσιν καὶ συμφωνίαν τὸ πᾶν γένος συνάπτειν σπεύδουσα, καὶ τὰ πολλὰ μὲν παντοίων ἐθνῶν συναγαγοῦσα, μέλλουσα δὲ ὅσον οὔπω, καὶ αὐτῶν ἄχρι τῶν ἄκρων τῆς οἰκουμένης ἐφάπτεσθαι, τῆς σωτηρίου διδασκαλίας σὺν θεϊκῇ δυνάμει, προεξευμαριζούσης αὐτῇ τὰ πάντα, καὶ ὁμαλὰ καθιστώσης. Τοῦτό γέ τοι ἂν εἴη τὸ μέγα θαῦμα, τοῖς φιλαλήθως τὸν νοῦν ἐφιστῶσι, καὶ μὴ τοῖς καλοῖς βασκαίνειν ἐθέλουσιν· ὁμοῦ τε γὰρ ἡ τῶν δαιμόνων ἀπηλέγχετο πλάνη, ὁμοῦ καὶ ἡ ἐξ αἰῶνος ἔχθρα καὶ μάχη τῶν ἐθνῶν διελύετο, καὶ πάλιν ὁμοῦ θεὸς εἷς, καὶ μία το
πάντας ἐκηρύττετο, ὁμοῦ καὶ βασιλεία μία ἐν ἀ
τύνετο, καὶ τὸ πᾶν ὁμοῦ τῶν ἀνθρώπων γέ
καὶ φιλίαν μεθηρμόζετο, ἀδελφούς τε ὡμολόγ
πάντες, καὶ τὴν οἰκείαν φύσιν ἐγνώριζον. Αὐ
ἐξ ἑνὸς φύντες πρὸς[9]) ἑνός τε θεοῦ οἷα παῖδες, καὶ μητρὸς μιᾶς τῆς ἀληθοῦς εὐσεβείας, εἰρηνικῶς ἀλλήλους ἠσπάζοντό τε καὶ ἀπελάμβανον, ὡς μηδὲν ἀποδεῖν ἐξ ἐκείνου τὴν σύμπασαν οἰκουμένην, μιᾶς εὐνομουμένης οἰκίας καὶ συγγενείας, ἐξεῖναί τε πορείας ὅτῳ φίλον στέλλεσθαι, ἀποδημεῖν τε ὅποι τις θέλοι, σὺν πάσῃ ῥαστώνῃ, καὶ τοὺς μὲν ἀπὸ δυσμῶν ἀκινδύνως ἐπὶ τὰ ἑῷα παριέναι, τοὺς δὲ ἐνθένδε πάλιν ἐκεῖσε, ὡς ἐπὶ πατρίδας οἰκείας στέλλεσθαι, πληροῦσθαί τε παλαιῶν χρησμῶν λόγια καὶ προφητῶν ἀναφωνήσεις, μυρίας μὲν καὶ ἄλλας ἃς οὐ νῦν παρατίθεσθαι σχολή· ἀτὰρ δὴ καὶ τὰς ἀμφὶ τοῦ σωτηρίου λόγου, ὧδέ πη βοώσας[10])· „κατακυριεύσει ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης, καὶ ἀπὸ ποταμῶν ἕως περάτων τῆς οἰκουμένης." Καὶ αὖθις· „ἀνατελεῖ ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ δικαιοσύνη, καὶ πλῆθος εἰρήνης. Καὶ συγκόψουσι τὰς μαχαίρας αὐτῶν εἰς ἄροτρα, καὶ τὰς ζιβύνας εἰς δρέπανα. Καὶ οὐ μὴ λήψεται ἔθνος ἐπ' ἔθνος μάχαιραν, καὶ οὐ μὴ μάθωσιν ἔτι πολεμεῖν."

---

coniecturam in textum admisit Zimm.] — 9) Ἐξ ἑνὸς φύντες πρὸς. Procul dubio scribendum est πατρός. [Ita Zimm.] Error natus est ex compendiosa scribendi ratione. — 10) [Ὧδέ πη βοώσας. Vid. Psalm. LXXII, 8.

Ταῦτα προὔλεγεν, καὶ φωναῖς Ἑβραίων ἐξ αἰῶνος μακροῦ προεκηρύττετο· ταῦτα τοῖς ἔργοις καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς ὁρώμενα, τῶν παλαιῶν φωνῶν πιστοῦται τὰς μαρτυρίας· σὺ δ' ἀλλ' εἰ ποθεῖς ἑτέρων ἀποδείξεων περιουσίας, μὴ λόγοις, ἀλλ' ἔργοις ταύτας λάμβανε. Ἀνάπτυξον τῆς σαυτοῦ διανοίας τοὺς ὀφθαλμούς, καὶ τοῦ λογισμοῦ τὰς πύλας ἀναπέτασον, πολύ τε ἐπισχὼν παρ' ἑαυτῷ λόγισαι, αὐτός τε σαυτὸν ἐρώτα, καὶ ὡς παρ' ἑτέρου πυνθάνου ὧδέ πη, τὴν τῶν πραγμάτων φύσιν διερευνώμενος· τίς πώποτε τῶν ἐξ αἰῶνος βασιλεύς, ἢ ἄρχων, ἢ φιλόσοφος, ἢ νομοθέτης, ἢ προφήτης Ἑλληνικὸς ἢ βάρβαρος, τοσοῦτον ἀρετῆς ἀπηνέγκατο, οὔτι γε μετὰ θάνατον, ἀλλ' ἔτι ζῶν καὶ ἐμπνέων καὶ πολλὰ δυνάμενος, ὡς πάντων τῶν ἐπὶ γῆς ἀνθρώπων ἀκοὴν καὶ γλῶτταν ἐμπλῆσαι τῆς αὐτοῦ προσηγορίας; Ἀλλὰ τοῦτό γε οὐδείς, ἢ μόνος εἷς ὁ ἡμέτερος σωτήρ, μετὰ τὴν κατὰ τοῦ θανάτου νίκην διεπράξατο, τοῖς αὐτοῦ γνωρίμοις λόγον εἰπὼν καὶ ἔργῳ τελέσας· „πορευθέντες γοῦν μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη ἐν τῷ ὀνόματί μου“ φήσας αὐτοῖς[11]), προειπών τε καὶ ἀποφηνάμενος, ὡς ἄρα δεῖ τὸ εὐαγγέλιον αὐτοῦ κηρυχθῆναι ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ εἰς μαρτύριον πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν, ἅμα λόγῳ τοὔργον ἐπήγαγεν. Αὐτίκα δ' οὖν καὶ οὐκ εἰς μακρόν, ἡ σύμπασα οἰκουμένη τῶν αὐτοῦ λόγων ἐπληροῦτο. Τί οὖν ἔχοι ἂν πρὸς τοῦτο εἰπεῖν ὁ καταρχὰς τοῦ λόγου ἡμῖν ἐπιμεμψάμενος, ὁπότε παντὸς λόγου κρείττων ἡ διὰ τῆς ὄψεως τυγχάνει μαρτυρία; Τίς δὲ ἐξ αἰῶνος τὸ βλαπτικὸν καὶ ὀλέθριον δαιμόνων φῦλον, τὸ πάλαι πᾶσαν ἀνθρώπων φύσιν ἐπινεμόμενον, καὶ διὰ τῆς τῶν ξοάνων κινήσεως πολλὰς ἐν ἀνθρώποις γοητείας ἐπιδεικνύμενον, ἀοράτῳ καὶ κραταιᾷ χειρὶ οἷα θῆρας δεινούς, τῆς ἀνθρώπων ἀπεδίωξεν ἀγέλης; Τίς δ' ἕτερος ὡς ὁ ἡμέτερος σωτήρ, διὰ τῆς εἰς αὐτὸν ἐπικλήσεως καθαρωτάταις εὐχαῖς ταῖς δι' αὐτοῦ πρὸς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν ἀναπεμπομέναις, τὰ λείψανα τῶν πονηρῶν πνευμάτων ἐξ ἀνθρώπων ἀπελαύνειν ἐπεξουσίας ἔδωκε τοῖς καθαρῶς καὶ ἀπλάστως μετερχομένοις τὸν βίον, τῆς ὑπ' αὐτοῦ παραδοθείσης φιλοσοφίας; Ἀναίμους δὲ καὶ λογικὰς θυσίας τὰς δι' εὐχῶν καὶ ἀποῤῥήτου θεολογίας τοῖς αὐτοῦ θιασώταις, τίς ἐπιτελεῖν[12]) παρέδωκεν ἄλλος, ἢ μόνος ὁ ἡμέτερος σωτήρ;

Loci statim sequentes sunt Psalm. LXXII, 7. Ies. II, 4.] — 11) [Φήσας αὐτοῖς. Vid. Matth. XXVIII, 19.] — 12) *Τίς μόνος ἐπιτελεῖν.* Vox *μόνος* locum hic habere non potest. Scribo itaque ex codice Fuk, *τίς ἐπιτελεῖν παρέδωκεν ἄλλος, ἢ μόνος* etc. Mox scribendum est *διὸ δὴ ὑπὸ τῶν καθ'*

Διὸ ἐπὶ τῆς καθ᾽ ὅλης ἀνθρώπων οἰκουμένης θυσιαστήρια συνέστη, ἐκκλησιῶν τε ἀφιερώματα[13], *νοερῶν τε καὶ λογικῶν θυσιῶν ἱεροπρεπεῖς λειτουργίαι, μόνῳ τῷ παμβασιλεῖ θεῷ πρὸς ἁπάντων τῶν ἐθνῶν ἀναπεμπόμεναι· τὰς δὲ δι᾽ αἱμάτων καὶ λύθρων, καπνοῦ τε προσεπιτελουμένας*[14]) *θυσίας, τάς τε ὠμὰς ἐκείνας καὶ μανιώδεις ἀνδροκτασίας τε καὶ ἀνθρωποθυσίας, εἰς ἀφανεῖ τε καὶ ἀοράτῳ δυνάμει σβεσθῆναι καὶ μηκέτι ὑπάρχειν παρεσκεύασεν; Ὡς μαρτυρεῖσθαι πρὸς αὐτῆς γε τῆς Ἑλλήνων ἱστορίας· ἐπειδὴ οὐ πρότερον, ἀλλ᾽ ἢ μετὰ τὴν ἔνθεον τοῦ σωτῆρος ἡμῶν διδασκαλίαν, κατὰ τοὺς Ἀδριανοῦ χρόνους*[15]), *πᾶσαι αἱ πανταχοῦ γῆς κατελύθησαν ἀνθρωποθυσίαι. Τοσούτων ἐναργῶν ἀποδείξεων, τὴν μετὰ τὸν θάνατον ἀρετήν τε καὶ δύναμιν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν πιστουμένων, τίς οὕτω ἀτηρίως τὴν ψυχὴν, ὡς μὴ συμμαρτυρεῖν τῇ ἀληθείᾳ, καὶ τὴν ἔνθεον αὐτοῦ ζωὴν ὁμολογεῖν; Ζώντων γὰρ, ἀλλ᾽ οὐ νεκρῶν τὰ*

ὅλης οἰκουμένης ἀνθρώπων, vel ut est in codice Fuk. *διὸ ἐπὶ τῆς καθ᾽ ὅλης ἀνθρώπων οἰκουμένης*. Sic enim loqui solet Eusebius ut in fine cap. 15. — 13) *Ἀφιερώματα.* Fraudem hic admiserant typographi Genevenses, omissis de industria verbis Eusebii, eo quod de incruento missae sacrificio illustre testimonium continerent. Sed nos ope codicis Fuketiani ea auctori suo restituimus, *νοερῶν τε καὶ λογικῶν θυσιῶν ἱεροπρεπεῖς λειτουργίαι.* — 14) *Καπνοῦ τε προσεπιτελουμένας θυσίας.* Non dubito quin Eusebius scripserit *καπνοῦ τε καὶ πυρὸς ἐπιτελουμένας θυσίας, τάς τε ὠμὰς* etc. qua quidem emendatione nihil certius. — 15) *Κατὰ τοὺς Ἀδριανοῦ χρόνους.* Sumpsit haec Eusebius ex libro II. Porphyrii de abstinentia, ubi ita scribit: *καταλυθῆναι δὲ τὰς ἀνθρωποθυσίας σχεδὸν τὰς παρὰ πᾶσι φησὶ Πάλλας, ὁ ἄριστα τὰ περὶ τῶν τοῦ Μίθρα συναγαγὼν μυστηρίων, ἐφ᾽ Ἀδριανοῦ τοῦ αὐτοκράτορος.* Id est: *Pallas vero qui de sacris Mithriacis optime omnium scripsit, humanas victimas fere ubique abolitas esse prodit principatu Hadriani.* Quod confirmat etiam Lactantius in lib. I. divinarum institutionum cap. 21. his verbis: *Apud Cyprios humanam hostiam Iovi Teucer immolavit, idque sacrificium posteris tradidit: quod est nuper Hadriano imperante sublatum.* Scribit Tertullianus in apologetici c. 9. infantes in Africa Saturno palam immolatos fuisse usque ad proconsulatum Tiberii, qui sacerdotes Saturni ob eam causam cruci suffixit. Additque testem huius rei esse militiam patriae suae, vel ut quidam codices scriptum habent, patris sui, quae idipsum munus Tiberio proconsuli functa est. Ex quo apparet, adhuc recentem fuisse huius rei memoriam. Cur enim testes citaret milites seu apparitores proconsularis officii, nisi adhuc quidam superfuissent, aut superesse potuissent ex iis qui Tiberio proconsuli apparuerant, tunc cum sacerdotes illos in crucem egit? Quare proconsulatus ille Tiberii commode referetur in tempora imperatoris Hadriani, maxime id suadentibus Porphyrio atque Lactantio. Porro cum Pallas tantum dicat, fere ubique homines immolari desiisse, Eusebius sine ulla exceptione apud omnes ubique gentes morem hunc sublatum fuisse asserit. Quod equidem vix possum credere. Nam et Porphyrius et Lactantius in libris supra memoratis testantur, Iovem Latiarem adhuc sua aetate humano sanguine Romae cultum fuisse. Ad haec Tertullianus in apolog. testatur adhuc sua aetate Saturno infantes immolatos esse in occulto. [Cf. supra c. XIII. nott. 12. 20.]

κατορθώματα, ὄψεις τε ἀδήλων φασὶν εἶναι τὰ φαινόμενα. Αὐτίκα γοῦν χθὲς καὶ πρώην θελμαχῶν γένος τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον ἐνόκα, ἦγέ τε καὶ ἀπῆγε, καὶ πολλὰ ἴσχυεν.
Ἐπεὶ δὲ [illegible] ηλλάγη, κεῖτο δὴ μετὰ ταῦτα ἐπὶ
γῆς, σκυ[illegible] ον[16]), ἄπνουν, ἀκίνητον, ἄναυδον,
καὶ οὐκ [illegible] οὐδεὶς, οὐ μνήμη· φύσις γὰρ αὕτη
νεκρῶν· [illegible], οὐδείς ἐστιν. Ὁ δὲ μηδεὶς ὢν
πράξειέ τ[illegible] γοῦν καὶ πράττων, καὶ πλείονα τῶν
ζώντων δ[illegible] ὑποληφθείη μὴ ὤν; Εἰ δ' ἀφανὴς
ἡ σαρκὸ[illegible] λ' οὐκ ἐν αἰσθήσει τὸ κριτήριον[18]),
οὐδὲ τεχνικοὺς λόγους, οὐδ' ἐπιστημονικὰς θεωρίας αἰσθήσει σωμάτων καταμανθάνομεν· οὐδὲ νοῦν τὸν ἐν ἀνθρώποις, μή τί γε θεοῦ δύναμιν εἶδέ τις πώποτε ὀφθαλμοῖς, ἀλλ' ἐκ τῶν ἔργων τὰ τοιάδε πέφυκεν ἐπινοεῖσθαι· διὰ δὴ καὶ ἐπὶ τοῦ ἡμετέρου σωτῆρος, τὴν ἀφανῆ δύναμιν αὐτοῦ προσήκοι ἂν ἐκ τῶν ἔργων ἐπισκοπεῖν καὶ διακρίνειν· εἴτε χρὴ ζῶντος ὁμολογεῖν τὰ εἰς ἔτι δεῦρο πρὸς αὐτοῦ κατορθούμενα, εἴτε καὶ μὴ ὄντος εἶναι λέγειν· ἢ μωρὸν καὶ ἀσύστατον τὸ ἐρώτημα· τὸν γὰρ μὴ ὄντα, πῶς ἄν τις εὐλόγως εἶναι εἴποι; εἴγε τὸ μὴ ὂν πάσαις ψήφοις ἀποπέφανται, οὐδὲ δύνασθαί τι, οὐδ' ἐνεργεῖν, οὐδὲ πράττειν· αὕτη γὰρ φύσις νεκρῶν[19]), ζώντων δὲ ἡ ἐναντία.

— 16) Σκυβάλων ἐκβλητότερον. Alludit Eusebius ad celebre illud Heracliti dictum: νέκυες κοπρίων ἐκβλητότεροι, cuius meminit Strabo in fine libri XVI., Origenes in libro V. contra Celsum. Ex quo proverbialis locutio manavit κοπρίων ἐκβλητότερος, de homine nullius pretii. Pollux in lib. V. cap. 46. κοπρίων ἐκβλητότερος εἰ χρὴ καθ' Ἡράκλειτον λέγειν. Iulianus in oratione adversus Heraclium Cynicum pag. 421. eandem Heracliti sententiam usurpat his verbis: ὀλιγωρεῖν δὲ πάντη τοῦ σώματος, καὶ νομίζειν αὐτὸ κατὰ τὸν Ἡράκλειτον καὶ κοπρίων ἐκβλητότερον, ἐκ τοῦ ῥᾴστου δὲ αὐτῷ τὰς θεραπείας ἀποπληροῦν, ἕως ἂν ὁ θεὸς ὥσπερ ὀργάνῳ τῷ σώματι χρῆσθαι ἐπιτάττῃ. Quem locum ex Suida in voce Ἡράκλειτος emendavi ac supplevi. Nam in vulgatis editionibus corruptus legitur ac mutilus. [Cf. interpp. ad Philipp. III, 8.] — 17) Πράξει ἔτι. Scribendum est per interrogationem ὥστε μηδεὶς ἂν πράξειε τί. Atque ita legisse videtur Christophorsonus. Certe in codice Fuk. scribitur πράξειέ τι. — 18) Οὐκ ἐν αἰσθήσει τὸ κριτήριον. Apparet scribendum esse οὐκ ἐν αἰσθήσει, id est, iudicium non positum est in sensu. Itaque subaudiendum hic est verbum ἐστὶ, quod non vidit Christophorsonus, quippe qui haec verba cum sequentibus perperam coniunxit. Magna fuit inter veteres philosophos disputatio περὶ κριτηρίου. Ita autem vocabant normam ac regulam, qua veritas rerum ab hominibus diiudicatur. Antiquissimi quidem philosophi eam vim ac facultatem non in sensibus, sed in ratione posuerunt, ut docet Sextus Empiricus in libro VII. adversus Mathematicos. Porro κριτήριον dupliciter sumitur, vel pro facultate ipsa qua verum discernitur, vel pro instrumento ipsius facultatis. Primum Potamo philosophus vocabat ὑφ' οὗ, secundum δι' οὗ, ut docet Laertius in prooemio sui operis. — 19) Αὕτη γὰρ φύσις νεκρῶν. Transposita hic sunt vocabula, quod his in libris toties accidisse

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ'.

Ἔνθα δὴ καιρὸς ἐπιθεωρῆσαι τοῦ ἡμετέρου σωτῆρος τὰ καθ' ἡμᾶς ἀποτελέσματα, καὶ ζῶντος Θεοῦ ἔργα ζῶντα συνιδεῖν· εἰ γὰρ οὐ ζῶντος[1]), καὶ Θεοῦ ζωὴν ὡς ἀληθῶς ζῶντος ἔργα ζῶντα τυγχάνει τὰ τοιαδὶ κατορθώματα; Τίνα δὴ ταῦτα, ἐρωτᾷς; Μάνθανε. Θεομάχοι τινὲς πρώην, τῶν αὐτοῦ προσευκτηρίων τὰς οἰκοδομὰς σὺν πλείονι φιλονεικίᾳ, καὶ σὺν μείζονι δυνάμει τε καὶ χειρὶ ἐκ βάθρων ἀνορύττοντες καθῄρουν, ἀφανεῖς τε αὐτοῦ καθίστων τὰς ἐκκλησίας, πάσαις τε μηχαναῖς τὸν μὴ τοῖς ὀφθαλμοῖς ὁρώμενον ἐπολέμουν, βάλλοντες καὶ ἀκοντίζοντες μυρίαις λόγων βολαῖς· ὁ δ' ἀφανὴς, ἀφανῶς ἠμύνατο. Εἶθ' οἱ μὲν οὐκέτ' ἦσαν ἑνὶ Θεοῦ νεύματι, οἱ πρὸ μικροῦ τρυφηλοὶ καὶ τρισευδαίμονες, οἵ τινες ἰσόθεοι παρὰ τοῖς πᾶσιν ἦσαν ὑμνούμενοι, οἱ μακραῖς ἐτῶν περιόδοις διαπρεπῶς τὴν ἀρχὴν εὐθύναντες[2]), ὅτε δὴ τὰ πρὸς τὸν ὕστερον πολεμηθέντα φίλα τε ἦν αὐτοῖς καὶ εἰρηναῖα· ὡς δὲ μεταβαλλόμενοι θεομαχεῖν ἐτόλμων, τοὺς αὐτῶν θεοὺς προμάχους καὶ προασπιστὰς ἀντιπαρατάττοντες τῷ ἡμετέρῳ, αὐτίκα μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ, καὶ Θεοῦ νεύματι καὶ δυνάμει τοῦ πολεμουμένου, δίκας ὑπεῖχον οἱ πάντες τῶν τετολμημένων, ὡς παραχωρεῖν τῷ πολεμουμένῳ, καὶ νῶτα δῶντες αὐτῷ, τῇ θεότητι συνωμολόγουν, συγχωρεῖν τε καὶ ἐπιτρέπειν τἀναντία τοῖς πρὶν τετολμημένοις, ὁλοσχερῶς ἔσπευδον· ὁ δὲ τρόπαια νικητήρια παραχρῆμα πανταχοῦ γῆς ἀνίστη, ναοῖς τε ἁγίοις καὶ προσευκτηρίων σεμνοῖς ἀφιερώμασι, τὴν σύμπασαν οἰκουμένην αὖθις ἐξ ὑπαρχῆς κοσμήσας, κατὰ πόλεις τε καὶ κώμας, χώρας τε πάσας καὶ τὰς τῶν βαρβάρων ἐρήμους, ἱερὰ καὶ τεμένη ἑνὶ τῷ πάντων βασιλεῖ Θεῷ τῷ δὴ καὶ τῶν ὅλων δεσπότῃ καθιερώσας[3])· ἔνθεν καὶ τῆς τοῦ δεσπό-

---

monuimus. Scribo igitur αὕτη γὰρ φύσις ζώντων· νεκρῶν δὲ ἡ ἐναντία. Paulo ante quaedam voces male repetitae sunt, quod mendum studiosus lector facile per se ipsum restituet.

Cap. XV
ζῶντος interro
2) Τὴν εὐχὴν
est hic locus;
ἀρχὴν εὐθύναν
etc. Intelligit
citer rempubli
servarunt. Se
eius cultores p
Eusebius in fi
3) Δεσπότῃ κ

του προσηγορίας ἠξίωται, τὰ καθιερωμένα; οὐκ ἐξ ἀνθρώπων τυχόντα τῆς ἐπικλήσεως, ἐξ αὐτοῦ δὲ τοῦ τῶν ὅλων κυρίου. Παρὸ καὶ κυριακῶν ἠξίωνται τῶν ἐπωνυμιῶν[4]). Παρελθὼν οὖν εἰς μέσον ὁ βουλόμενος διδασκέτω, τίς μετὰ τὴν τοσαύτην καθαίρεσίν τε καὶ ἐρημίαν, ἱδρύματα ἐξ ἐδάφους εἰς ὕψος ἀνήγειρεν; Τίς τὰ πάσης ἐλπίδος ἀφῃρημένα, δευτέρας ἠξίωσε πολὺ κρείττονος τῆς ἔμπροσθεν ἀνανεώσεως, καὶ ἀνενεώσατο αὐτὰ[5]) δή, τὸ τοῦ λόγου μέγιστον θαῦμα, οὐ μετὰ τὴν θεομάχων ἐκείνων τελευτήν, ἀλλ᾽ ἔτι τῷ βίῳ περιόντων, αὐτῶν δὴ τῶν καθῃρηκότων[6]), ὡς δι᾽ αὐτῶν στόματος καὶ δι᾽ αὐτῶν γραφῆς τὴν παλινῳδίαν τῶν τετολμημένων αὐτοῖς ᾀσθῆναι, καὶ τοῦτο πρᾶξαι αὐτούς, οὐκ ἐν θυμηδίαις ὄντας, φιλανθρωπίας λογισμῷ[7]) τάχα ἄν τις νομίσειε, θεηλάτοις δὲ μάστιξιν ἐλαυνομένους; Τίς μετὰ τοσούσδε τοῦ διωγμοῦ χειμῶνας, καὶ ἐν αὐτῇ γε τῇ τῶν δεινῶν ἀκμῇ, φιλοσόφου βίου ζηλωτὰς καὶ θεραπευτὰς τοῦ θείου μυρίους ἄνδρας, γυναικῶν τε ἱερείας καὶ χοροὺς ἀειπαρθένων[8]) ἁγνείᾳ παντελεῖ τὸν πάντα τῆς ζωῆς χρόνον αὐτῶν ἀναθείσας, ταῖς τῆς ἐνθέου διδασκαλίας αὐτοῦ μαθη-

---

καὶ etc. [Ita dedi cum Zimm.] — 4) *Κυριακῶν ἠξίωνται τῶν ἐπωνυμιῶν.* Mallim legere τῆς ἐπωνυμίας. Nihil frequentius occurrit apud scriptores ecclesiasticos, quam κυριακῶν seu dominicorum vocabulum. Nec solum Graeci ecclesias ita nominarunt, sed et Germani hoc nomen a Graecis mutuati sunt, ut docet Vualafridus Strabo in libro de rebus ecclesiasticis cap. 7. [Notabilis est hic locus Eusebii, quippe in quo primo quantum quidem constat, vocabulum κυριακή de templo dictum sit teste *Bingham.* origg. VIII, 1, 2. et *Augusti* Denkwürdigkeiten aus der christl. Archaeologie T. IV. p. 105 sq. Cf. *Suicer.* Thes. T. II. p. 191 sq.] — 5) *Καὶ ἀνενεώσατο αὐτά.* In codice Fuk. scriptum est αὐτὸ δὴ τὸ τοῦ λόγου μέγιστον θαῦμα. — 6) [*Ἔτι τῷ βίῳ — καθῃρηκότων.* Respicit his verbis Eusebius ad edicta Licinii et Maximini pro Christianis promulgata et ab ipso relata in hist. eccl. IX, 1. 10. X, 5.] — 7) *Φιλανθρωπίας λογισμῷ.* Deesse hic nonnulla, etiam me tacente, quivis facile perspiciet. Scribo igitur οὕτω γὰρ φιλανθρωπίας λογισμῷ τοῦτο πρᾶξαι αὐτοὺς τάχα ἄν τις νομίσειε, quae per parenthesim legenda sunt. Certe Christophorsonus ita etiam legisse videtur, ut ex versione eius apparet. — 8) *Γυναικῶν δὲ ἱερείας καὶ χοροὺς ἀειπαρθένων.* Christophorsonus vocem γυναικῶν coniunxit cum voce ἀειπαρθένων, quod equidem non probo. Nam γυναικῶν nomine Eusebius intelligit mulieres, quae viris orbatae viduitatem suam deo consecrabant, easque a virginum choris distinguit. [Cf. Excurs. XIII. ad Euseb. H. E. T. III. p. 429.] Porro ex viduarum numero eligi solebant diaconissae, et presbyterae ut testatur Epiphanius in haeresi Collyridianorum, et in epilogo librorum contra haereses. Unde Eusebius hoc loco ἱερείας illas nominat. Fungebantur enim illae mulieres quodammodo sacerdotum officio, quippe quae mulieres baptizandas erudirent. Scribendum autem est γυναικῶν τε ἱερείας, ut nemo non videt. Atque ita scribitur in codice Fuketiano. Porro hae mulieres antequam inter diaconissas allegerentur, examinari solebant. Quaerebatur ab eis inter cetera, an sanctorum pedes lavissent, ut docet Origenes in tomo XXXII. in Ioannis

πᾶσι, καθ' ὅλης συνίστη τῆς οἰκουμένης, τροφῶν δ' ἀποχαῖς, ἀσιτίαις τε καὶ ἀνοινίαις πολυημέροις προθυμότατα διακαρτερεῖν, ἐγκρατείᾳ τε καὶ ῥώμῃ βίου στεῤῥοῦ χρῆσθαι, ἐδίδαξε μετὰ σωφροσύνης; Τίς γύναια καὶ μυρία πλήθη ἀνδρῶν ἀναπέπεικε, λογικὰς τροφὰς ψυχαῖς λογικαῖς καταλλήλους, δι' ἐνθέων ἀναγνωσμάτων ἀντικαταλλάξασθαι τῶν τοῦ σώματος τροφῶν; Τίς βαρβάρους καὶ ἀγροίκους ἄνδρας, γύναιά τε καὶ παῖδας καὶ οἰκετῶν γένη, πλήθη τε μυρία μυρίων ἐθνῶν, θανάτου μὲν καταφρονεῖν ἐδίδαξεν, ἀθάνατον δὲ πεπεῖσθαι εἶναι τὴν αὐτῶν ψυχὴν, καὶ δίκης ὀφθαλμὸν[9]) ὑπάρχειν ἔφορον τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων, εὐσεβῶν τε καὶ ἀσεβῶν δικαιωτήρια θεοῦ προσδοκᾶν, καὶ τούτων ἕνεκα δικαίως καὶ σωφρόνως ζῆν ἐπιμελεῖσθαι; Μὴ γὰρ οὕτω διατεθέντας, ἀδύνατον ἄλλως εἶναι τὸν τῆς εὐσεβείας ὑποδῦναι ζυγόν· ἃ δὴ μόνῳ τῷ ἡμετέρῳ σωτῆρι, εἰσέτι καὶ νῦν κατορθοῦται· ἀλλὰ ταῦτα μὲν παρῶμεν. Φέρε δὴ ἄλλως τὸν τὴν διάνοιαν λελιθωμένον καὶ ἐκ τῶν τοιωνδὶ προσαγάγωμεν ἐρωτήσεων, ὧδέ πῃ αὐτοῦ πυνθανόμενοι· ἄγε δὴ οὗτος, φωνὴν λογικὴν ἀφεὶς, μὴ ἐξ ἠλιθίου καρδίας, ψυχῆς δὲ λογικῆς καὶ νοερᾶς καρπὸν προβαλλόμενος, λέγε δὴ, παρὰ σαυτῷ πολλάκις ἐπισκεψάμενος, τίς ἄλλος πώποτε τῶν ἐξ αἰῶνος βοηθέντων σοφῶν, ὁμοίως τῷ ἡμετέρῳ σωτῆρι προφητικαῖς ἄνωθεν πρὸ μυρίων χρόνων φωναῖς, ἐγνώσθη τε καὶ προεκηρύχθη παρὰ τοῖς πρόπαλαι θεοφιλέσιν Ἑβραίων παισίν; Οἳ καὶ τὸν τόπον αὐτοῦ τῆς γενέσεως, καὶ χρόνους τῆς ἀφίξεως, καὶ τρόπον τοῦ βίου, καὶ δυνάμεις καὶ λόγους καὶ κατορθώματα αὐτοῦ προλαβόντες, βίβλοις ἱεραῖς καταβεβλήκασιν· ἢ τίς οὕτω ταχὺς[10]) ἔκδικος τῶν εἰς αὐτὸν τετολμη-

---

evangelium. — 9) *Καὶ δίκην ἰσοφθαλμῶν ὑπάρχειν.* Quis non videt scribendum esse *δίκης ὀφθαλμόν*? Veteres enim acerrimum quendam Iustitiae oculum esse credebant, qui omnia quae ab hominibus agerentur, inspiceret, nec unquam conniveret; quem etiam testabantur quicumque iniuriam passi essent. Nihil frequentius occurrit tum apud Graecos, tum apud Latinos. Vetus poeta apud Stobaeum:

ἔστιν δίκης ὀφθαλμὸς, ὃς δι' ἡσύχου
λεύσσων προσώπου, πάνθ' ὁμῶς ἀεὶ βλέπει.

Plura congerere non otii est nostri, cum res sit notissima. Christophorsonus tamen hanc huius loci emendationem non vidit. [Certissimam Val. emendationem praeeunte Zimm. recepi. Cf. nos ad Euseb. H. E. VI, 9. T. II. p. 169 sq. Add. supra c. VI. p. 435. *ἥλιον δικαιοσύνης.* V. C. I, 58. p. 71. Zosim. hist. V, 10, 4. *ἅπαντες θαυμάζοντες — τὸν τῆς Ἀδραστείας ὀφθαλμὸν διετέλεσαν, ὃν οὐχ οἷόν τε τινὰ τῶν ἠσεβηκότων κατά τι λαθεῖν.* *Augusti* ad Euseb. Emesen. p. 137.] — 10) *Ἤεις αὐτῷ ταχύς.* Scribendum est procul dubio *τίς οὕτω ταχὺς*, quomodo etiam legisse videtur Christophorsonus:

μένων ἀποδέδεικται, ὡς ἅμα τῇ κατ᾽ αὐτοῦ δυσσεβείᾳ, τὸ πᾶν Ἰουδαίων ἔθνος ἀοράτῳ δυνάμει μετελθεῖν, ἄρδην τε τὸν βασιλικὸν αὐτῶν τόπον ἐκ βάθρων ἀρθῆναι, αὐτό τε τὸ ἱερὸν ἅμα τοῖς ἐν αὐτῷ σεμνοῖς, εἰς ἔδαφος κατενεχθῆναι; Τίς δὲ προῤῥήσεις αὐτῶν τε τούτων πέρι [11]) τῶν ἀσεβῶν ἀνδρῶν, ἀμφί τε τῆς πρὸς αὐτοῦ καθ᾽ ὅλης τῆς οἰκουμένης ὑποστάσης ἐκκλησίας, καταλλήλους τοῖς πράγμασιν ἀποφθεγξάμενος, πιστὰς ἔδειξε ταύτας τοῖς ἔργοις, ὡς ὁ ἡμέτερος σωτήρ; Περὶ μὲν τοῦ τῶν ἀσεβῶν ἱεροῦ φήσας [12])· „ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος·“ καί· „οὐ μὴ μείνῃ λίθος ἐπὶ λίθον ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ, ὃς οὐ μὴ καταλυθῇ·“ περὶ δὲ τῆς αὐτοῦ ἐκκλησίας· „ἐπὶ τὴν πέτραν οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς.“ Τὸ δὲ ἄνδρας εὐτελεῖς καὶ ἀγροίκους, ἐξ ἁλιείας μεταγαγεῖν τὴν ἀρχὴν [13]), καὶ τούτους νομοθέτας καὶ κορυφαίους διδασκάλους ἀποφῆναι τῆς ἀνθρώπων οἰκουμένης, οἷόν σοι εἶναι δοκεῖ [14]); Τὸ δὲ ἐπαγγείλασθαι, καὶ λόγῳ μὲν εἰπεῖν, ἔργῳ δὲ ποιῆσαι αὐτοὺς ἁλιέας ἀνθρώπων, καὶ τοσαύτην αὐτοῖς ἀρετήν τε καὶ δύναμιν παρασχεῖν, ὡς καὶ γραφὰς συντάξαι, καὶ βίβλους παραδοῦναι, καὶ πάντας εἰς τοσοῦτο κρατῦναι, ὡς καθ᾽ ὅλης τῆς οἰκουμένης παντοίᾳ γλώσσῃ βαρβάρων τε καὶ Ἑλλήνων μεταβαλλομένας, παρὰ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι μελετᾶσθαι [15]), καὶ πιστεύεσθαι θεῖα εἶναι λόγια τὰ ἐν αὐταῖς καταβεβλημένα, δεῖγμα εἰς ἀπόδειξιν ἐναργῆ τῆς αὐτοῦ θεότητος; Οἷον καὶ τὸ αὐτὸν προφητεῦσαι τὸ μέλλον, καὶ τοῖς μαθηταῖς προμαρτυρήσασθαι, ὡς ἄρα ἐπὶ βασιλέων καὶ ἡγεμόνων μέλλοιεν ἄγεσθαι, τιμωρεῖσθαί τε καὶ τὰς ἐσχάτας ὑπομένειν κολάσεις, οὐ διά τινα πρᾶξιν ἄτοπον, διὰ μόνην δὲ τὴν εἰς τοῦτον ὁμολογίαν; Τὸ δὲ καὶ προθύμως αὐτοὺς ταῦθ᾽ ὑπομεῖναι παρασκευάσαι, εὐσε-

---

[Dedi ἢ τίς οὕτω cum Zimm.] — 11) Αὐτῶν τε περί. Scribendum est πέρι accentu in primam syllabam reiecto; quod fit, quoties praepositio post vocabulum ponitur. [Πέρι scripsi.] Mox scribendum est καταλλήλους τοῖς πράγμασιν. Refertur enim ad vocem προῤῥήσεις. In codice Fuk. scribitur καταλλήλους. — 12) [Περὶ — φήσας. Vid. Matth. XXIII, 38. Loci statim sequentes sunt e Matth. XXIV, 2. XVI, 18.] — 13) Ἐξ ἁλιείας μεταλαγεῖν τὴν ἀρχήν. Error est typographicus, ut opinor, pro μεταγαγεῖν, ut habet codex Fuketii. — 14) [Τὸ δὲ — οἷον σοι εἶναι δοκεῖ. Vid. *Fabricius* salutar. luc. evangelii toti orbi exorient. p. 25 sqq. p. 34 sq. Cf. quae annotavi ad Constantin. orat. ad sanctt. coet. c. XI. not. 14.] — 15) [Ὡς — μεταβαλλομένας, παρὰ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι μελετᾶσθαι. Vid. *Iac. Usserii* historia dogmatica controversiae inter orthodoxos et pontificios de scripturis et sacris vernaculis, auctario locupletavit *Henr. Warton.* Lond. 1690. 4. *E. F. Wernsdorf.* historia linguae Latinae in sacris publicis p. 9 sqq. *Augusti* Denkwürdigkeiten aus der christlichen Archaeologie

θείας τε ὅπλοις οὕτω φράξαι, ὡς ἀδάμαντος τὰς ψυχὰς κραταιοτέρους ἐν τοῖς πρὸς τοὺς ἀντιπάλους ἀγῶσι διαφαίνεσθαι, ποῖον οὐκ ἂν ὑπερβάλοιτο λόγον; Τὸ δὲ μὴ μόνον ἐκείνους τοὺς αὐτῷ παρηκολουθηκότας, ἀλλ' ἤδη καὶ τοὺς ἐκείνων διαδόχους, καὶ αὖθις τοὺς μετέπειτα γενομένους, καὶ τοὺς εἰς ἔτι δεῦρο καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς, οὕτω τῆς ψυχῆς νευρῶσαι τὰς δυνάμεις, ὡς μηδὲν ἄξιον θανάτου πράξαντας, παντοίας κολάσεις καὶ πᾶν εἶδος στρεβλωτηρίων μεθ' ἡδονῆς ὑπομένειν, εὐσεβείας χάριν τῆς εἰς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, ποῖον οὐκ ἂν ὑπερβάλοιτο θαῦμα; Ἀλλὰ βασιλέων εἰς τοσοῦτον αἰῶνα, τίς πώποτε κρατῶν διετέλεσε; Τίς δ' οὕτως στρατηγεῖ μετὰ θάνατον καὶ τρόπαια κατ' ἐχθρῶν ἵστησι, καὶ πάντα τόπον, καὶ χώραν καὶ πόλιν, Ἑλλάδα τε καὶ βάρβαρον ὑποτάττει, ἀοράτῳ καὶ ἀφανεῖ δεξιᾷ τοὺς ἀντιπάλους χειρούμενος; Τό γε μὴν κεφάλαιον τῶν εἰρημένων, ἡ πανταχοῦ γῆς διὰ τῆς αὐτοῦ δυνάμεως πρυτανευθεῖσα εἰρήνη[16]), περὶ ἧς τὰ εἰκότα προλαβόντες εἰρήκαμεν, ποῖον οὐκ ἂν συκοφαντῶν ἀποφράξειε στόμα, οὕτω μὲν ἔργῳ συνδραμούσης τῇ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν διδασκαλίᾳ καὶ τῷ καταβληθέντι ὑπ' αὐτοῦ τῷ παντὶ κόσμῳ κηρύγματι, τῆς τῶν ἐθνῶν πάντων ὁμονοίας τε καὶ συμφωνίας, οὕτω δὲ πρόπαλαι ὑπὸ τῶν τοῦ Θεοῦ προφητῶν προαναπεφωνημένης τῆς κοσμικῆς τῶν ἐθνῶν εἰρήνης, τοῦ τε πρὸς αὐτοῦ καταβληθέντος τοῖς ἔθνεσιν λόγου; Ἐπιλείψει με, βασιλεῦ, τὸ πᾶν τῆς ἡμέρας μῆκος, τὰς ἐναργεῖς ἀποδείξεις τῆς ἐνθέου δυνάμεως τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, τὰς ἐκ τῶν εἰσέτι νῦν ὁρωμένων, ὑφὲν[17]) πειρώμενον συνιστᾶν·

Tom. VI. p. 68 sqq. p. 70. coll. T. V. p. 77—79.] — 16) *Πρυτανευθεῖσα εἰρήνη.* Pacem intelligit quam Christus nascens contulit orbi Romano. — 17) [*Ὑφέν.* Reading. in Corrigendis ad h. l.: „*nescio*, inquit, *an hoc genus scripturae usitatum sit pro ὑφ' ἕν.*" Sed vid. *Dorville* ad Charit. p. 49.: „*Ἐπὶ πολὺ*] Scribi
καταξίων et contra. aeque
veant separationi vocabul
antiquissimi una serie voc
recessisse possint videri, q
Una defungar auctoritate
natum Christum annis D
vulgo bifariam exarata in
adhaerent, neglecto acce
sedibus eadem manu acce
πρόσαλληλα. ἐκτῇ. προση
πλεῖστον. ταφηθησόμενα."
κ α τ α ξ ί α ν *οἴεται.* Sed
V. C. II, 69. III, 31. κατ'
tur. — II, 42. οἱ κ α θ ἐ
Λακεδαιμόνιοι, [κ α τ ὰ μ

ὅτι μηδεὶς πώποτε τῶν ἐξ αἰῶνος, μήτε παρ' Ἕλλησι μήτε παρὰ βαρβάροις, τοσαύτην ἀρετῆς ἐνθέου δύναμιν ἐπιδέδεικται, ὅσην ὁ σωτὴρ ὁ ἡμέτερος· τί δὲ λέγω ἀνθρώπων[18]); Ὁπότε μηδ' αὐτῶν τῶν παρὰ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι θεολογουμένων τοιαύτης τις πέφηνεν ἐπὶ γῆς φύσις· ἤ, δεικνύτω ὁ βουλόμενος. Παρίτω δὲ πᾶς φιλόσοφος καὶ ἡμῖν λεγέτω, τίς ἐκ τοῦ παντὸς αἰῶνος ἀνέφηνε πώποτε θεὸς καὶ ἥρως, αἰωνίου ζωῆς οὐρανίου τε βασιλείας μαθήματα παραδεδωκὼς ἀνθρώποις, οἷα ὁ ἡμέτερος σωτήρ, φιλοσόφοις δόγμασι μυρία πλήθη καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης συμπολιτεύεσθαι ποιήσας, οὐρανόν τε πείσας μεταδιώκειν, καὶ τὰς ἐν οὐρανῷ διατριβὰς θεοφιλέσι ψυχαῖς ἀποκειμένας ἐλπίζειν· τίς πώποτε θεὸς ἢ καὶ ἥρως ἄνθρωπος[19]), τὴν ἀφ' ἡλίου ἀνίσχοντος μέχρι δυομένου, μονονουχὶ τὸν ἴσον ἡλίῳ διϊππεύσας δρόμον, ταῖς λαμπροτάταις τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας αὐγαῖς κατηύγασέ τε καὶ ἐφώτισεν, ὡς πανταχοῦ γῆς ἑνὶ θεῷ πᾶν ἔθνος, μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἐπιτελεῖν λατρείαν; Τίς πώποτε θεὸς ἢ καὶ ἥρως, πάντας θεούς τε καὶ ἥρωας Ἑλληνικοὺς καὶ βαρβάρους παραγκωνισάμενος, μηδένα μὲν ἐκείνων θεὸν εἶναι νομίζειν ἐνομοθέτησεν, καὶ νομοθετήσας ἔπεισεν, ἔπειτα πολεμηθεὶς ὑπὸ πάντων εἷς ὢν αὐτὸς, τὸ πᾶν τῶν ἐναντίων στρατόπεδον καθεῖλε, τῶν ἐξ αἰῶνος ἁπάντων θεῶν τε καὶ ἡρώων κρατῶν, ἀπὸ περάτων ἕως καθ' ὅλης τῆς ἀνθρώπων οἰκουμένης, θεοῦ παῖδα μόνον αὐτὸν πρὸς τῶν ἐθνῶν ἁπάντων ἀναγορεύεσθαι παρασκευάσας; Τίς τοῖς τὸ μέγα στοιχεῖον τῆς γῆς[20]) οἰκοῦσι, τοῖς τε κατὰ γῆν καὶ τοῖς κατὰ θάλατταν, ἐφ' ἑκάστης ἑβδομάδος τὴν κυριακὴν χρηματίζουσαν ἡμέραν,

---

III, 64. καθ' ἑκάστην λέγων. IV, 39. καθέκαστα γράφων. Zosim. hist. III, 5, 7. ed. Reitem. καθεκάστην, quotidie. III, 7, 4. καθ' ἑκάστην. IV, 21, 7. τὰ καθέκαστα. 2 Corinth. XI, 28. καθ' ἡμέραν. Sed Chrysost. homill. T. XII. p. 360. C. ed. Montefalc., ubi locum illum laudat, καθημέραν. ...s. homill. Vol. I, p. 118 sq. not. 158. *Boissonade* ad ...τακράτος Zosim. I, 68, 1. pro quo codd. Leuncl. et ...hibent. Sed κατακράτος iterum habet Zosim. III, 19, 3. ...ς Euseb. V. C. II, 16. ἐπεξουσίας II, 20. Cf. not. 7. ...ς dedit. — ἐξάπαντος V. C. II. 71. ἐξ ἅπαντος III, 21. ... ἀνθόλου Evagr. H. E. III, 39. — ἀνατετραστηρίδα ...ling. Sed III, 40. ἀνὰ τετραετηρίδα. — διαπαντὸς et ... — παρέκαστα, assidue Constantin. ad sanct. coet. ...sterhuis. ad Lucian. D. M. VI. §. 5. *Reitz.* ad Lucian. ... 299 sq.] — 18) Τί δὲ λέγω ἀνθρώπων. In codice Fuk. scribitur ἀνθρώπων, et proxime ante legitur ὅσην ὁ σωτὴρ ἡμῶν. — 19) Ἢ καὶ ἥρως ἄνθρωπος. Christophorsonus ultimam vocem expunxit ...male. Possis tamen legi ἢ καὶ ἄνθρωπος, vel certe μήτιγε ἄνθρωπος. — 20) Τὸ μέγα στοιχεῖον τῆς γῆς phrasis Eusebio peculiaris, et familia-

ἑορτὴν ἄγειν ἐπιτακτὸν συνεχῶς παραδέδωκε, καὶ οὐ τὰ σώματα πιαίνειν [21]), τὰς δὲ ψυχὰς ἐνθέοις παιδεύμασιν ἀναζωπυρεῖν παρεσκεύασε; Τίς θεὸς ἢ καὶ ἥρως οὕτω πολεμηθεὶς, ὡς ὁ ἡμέτερος σωτὴρ, τρόπαια νικητήρια κατὰ τῶν ἐχθρῶν ἤγειρεν; Οἱ μὲν γὰρ οὐ διέλιπον ἐξ ἀρχῆς καὶ εἰς τέλος, αὐτοῦ τὰ μαθήματά τε καὶ τὸν λαὸν πολιορκοῦντες, ὁ δ' ἀφανὴς, ἀφανῶς τοὺς οἰκείους αὐτοῖς ἱεροῖς οἴκοις ἐπὶ μέγα δόξης προῆγε· καὶ τί δεῖ λόγοις τὰς παντὸς λόγου κρείττονας ἐνδόξους δυνάμεις τοῦ σωτῆρος ἡμῶν φιλοτιμεῖσθαι συνάγειν, ὅτε καὶ σιωπώντων ἡμῶν, αὐτὰ βοῶσι τοῖς ὦτα ψυχῆς κεκτημένοις τὰ πράγματα; Τοῦτο ξένον ἀληθῶς καὶ παράδοξον καὶ ἓν μόνον ἐπὶ τῶν βροτῶν ὤφθη γένους, τὸ, ἀνθρώποις ἐνηνοχέναι [22]) τὰ τοιάδε, καὶ τὸν ἀληθῶς παῖδα θεοῦ μόνον ἐξ αἰῶνος ἐπὶ γῆς ὀφθῆναι.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ'.

Περιττὰ δ' ἂν καὶ ἄλλως εἴη [1]) τὰ παρ' ἡμῶν σοι ἀκουόμενα, ὃς αὐτῇ τῇ πείρᾳ τῆς σωτηρίου θεότητος συναίσθησιν πολλάκις εἰληφὼς, οὐ λόγοις, ἀλλ' ἔργοις αὐτοῖς, κῆρυξ ἅπασι τῆς ἀληθείας καθέστηκας· σὺ γὰρ ἡμῖν αὐτὸς βασιλεὺς, σχολῆς δοθείσης, εἴποις ἂν βουληθεὶς μυρίας τοῦ σοῦ σωτῆρος θεοφανείας, μυρίας καθ' ὕπνους παρουσίας. Οὐ τὰς ἀποῤῥήτους ἡμῖν ὑποβολὰς αὐτοῦ φημὶ, τὰς δ' ἐν αὐτῷ λογισμῷ καταβαλλομένας, καὶ περὶ τῆς τῶν ὅλων προνοίας τὰ κοινωφελῆ καὶ τὰ πάντῃ χρήσιμα παρατιθεμένας· ἐπαξίως δ' ἂν ἡμῖν τοῦ σοῦ προασπιστοῦ γε καὶ φύλακος θεοῦ, διελεύσῃ τὰς ἐναργεῖς ἐν πολέμοις ἐπικουρίας, τὰς ἐχθρῶν καὶ ἐπιβούλων φθορὰς, τὰς ἐν κινδύνοις δεξιώσεις, τὰς ἐν ἀπόροις εὐπορίας, τὰς ἐν ἐρη-

---

ris = ἡ οἰκουμένη, quod antea legitur. Cf. V. C. I, 8. 26.] — 21) Καὶ αὐτὰ σώματα πιαίνειν. Scio quidem Christianos diebus dominicis lautius epulari solitos. Verum τὸ πιαίνειν non convenit Christianis. Quare non dubito quin Eusebius scripserit: καὶ οὐ τὰ σώματα πιαίνειν. [Ita cum Zimm. scripsi.] — 22) Τὸ ἀνθρώπων ἐνηνοχέναι. Christophorsonus legisse videtur ἄνθρωπον, ut ex versione eius apparet. Sed veram huius loci scripturam nobis aperuit codex Fuk. quae sic habet: τὸ ἀνθρώποις ἐνηνοχέναι τὰ τοιάδε, καὶ τὸ ἀληθῶς. Intelligit enim Eusebius cuncta illa bona, quae supra singillatim enumeravit, quae per Christi in terras adventum hominibus collata sunt.

Cap. XVIII. 1) Περιττὰ δ' ἂν καὶ ἄλλως εἴη. Desunt hic aliquot voces, puta σοὶ βασιλεῦ. Sed codex Fuk. veram nobis lectionem aperuit. Sic enim habet: περιττὰ δ' ἂν καὶ ἄλλως εἴη τὰ παρ' ἡμῶν σοι ἀκουόμενα.

μίαις ἀντιλήψεις, τὰς ἐν ἀμηχάνοις εὑρέσεις, τὰς τῶν μελλόντων προγνώσεις, τὰς περὶ τῶν καθόλου προμηθείας, τὰς περὶ τῶν ἀδήλων σκέψεις, τὰς περὶ τῶν μεγάλων ἐπιχειρήσεις, τὰς πολιτικὰς οἰκονομίας, τὰς τῶν στρατοπέδων διοικήσεις, τὰς καθ᾽ ἕκαστον διορθώσεις, τὰς περὶ τῶν κοινῶν διατάξεις, τὰς βιωφελεῖς νομοθεσίας· καταριθμήσοις δ᾽ ἂν ἀπαραλείπτως ἕκαστα τῶν ἡμᾶς μὲν λανθανόντων, σοὶ δ᾽ αὐτῷ μόνῳ γνωριζομένων, καὶ ταῖς σαῖς βασιλικαῖς μνήμαις, οἷα θησαυροῖς ἐν ἀποῤῥήτοις, τεταμιευμένων· ὧν δὴ χάριν ἁπάντων, εἰκότως αὐτοῖς δὴ τούτοις λαμπροῖς τεκμηρίοις τῆς σωτηρίου δυνάμεως χρησάμενος, οἶκον εὐκτήριον, τρόπαιον τῆς κατὰ τοῦ θανάτου νίκης αὐτοῦ, πᾶσιν ἀνθρώποις, πιστοῖς ἅμα καὶ ἀπίστοις ἀνέδειξας, νεών τε ἅγιον θεοῦ, ζωῆς τε ἀθανάτου καὶ βασιλείας ἐνθέου λαμπρὰ καὶ μεγάλα περικαλλῆ ἀφιερώματα, τὰ πρέποντά γε εὖ μάλα καὶ οἰκεῖα βασιλεῖ[2]), νίκης τῆς τοῦ παμβασιλέως σωτῆρος ἀναθήματα· ἃ δὴ τῷ τῆς ἀθανάτου ζωῆς μαρτυρίῳ τε καὶ μνήματι περιβέβληκας, τὸν οὐράνιον τοῦ θεοῦ λόγον, νικητὴν καὶ τροπαιοῦχον βασιλικοῖς χαρακτῆρσιν ἐκτυπούμενος[3]), πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν[4]), λαμπραῖς καὶ ἀνεπισκιάστοις φωναῖς, ἔργῳ καὶ λόγῳ τὴν εὐσεβῆ καὶ φιλόθεον ὁμολογίαν προκηρύττων.

— 2) *Οἰκεῖα βασιλεῖ.* Addendam hic censeo vocem νικητῇ, non ideo solum quod Victoris cognomen inditum est Constantino, sed quod haec vox magnam hic affert elegantiam. Ait enim Eusebius sacra illa donaria, quae Constantinus dedit basilicae Hierosolymitanae, cum sint victoriae Christi summi regis monumenta, optime convenire imperatori Victori. — 3) *Βασιλικοῖς χαρακτῆρσιν ἐκτυπούμενος. Regios apices* interpretatus sum. Sic enim loqui solet Eusebius, ut alibi notavi. Ait igitur Constantinum magnificentissima illa fabrica et opulentissimis donariis, quibus Christi sepulchrum exornaverat, quasi regalibus apicibus publice propositis, Christum victorem ac triumphatorem omnibus praedicasse. — 4) *Πᾶσι τοῖς ἔθνεσι.* His verbis panegyricum Eusebii claudit codex Fuk. Certe quae sequuntur verba, parum necessaria sunt, nec Eusebii esse mihi videntur.

HENRICI VALESII
EPISTOLA
DE
ANASTASI ET MARTYRIO HIEROSOLYMITANO.

Quaeris a me quid sentiam, tum de nummo Paschalini in quo ANACTACIC nomen inscriptum est, tum de loco sancti Hieronymi in epistola ad Pammachium, ubi dicit: *Cum de Anastasi pergeretis ad Crucem* etc. In quorum interpretatione cum Iacobum Sirmondum et Ioannem Tristanum dissentire videas, meam de hac quaestione sententiam requirendam putasti. Ego vero, etsi meum non est, inter tantos viros quorum uterque singulari mecum amicitia coniunctus est, arbitrum agere, dicam tamen absque praeiudicio, et cum utriusque venia, quod ex accurata veterum scriptorum lectione didici. Tui arbitrii erit, et aliorum in quorum manus haec epistola perveniet, an recte senserim pronuntiare.

Optime quidem, ut solet, Iacobus Sirmondus ANACTACIN in illo Paschalini nummo, templum esse docuit sepulchro domini superstructum. Sed quod idem ait in Triplice nummo pag. 9., Constantinum Magnum diversis in locis duas basilicas erexisse, unam in loco passionis, quae martyrium et crux dicta est, alteram in loco resurrectionis, quae Anastasis et Dominicum dicebatur: tametsi apud me plurimum valet eius auctoritas, in hoc tamen ei assentiri non possum. Unicam enim basilicam a Constantino Magno Hierolymis aedificatam esse prodit Eusebius, tum in oratione de laudibus Constantini pag. 466., tum in lib. III. et IV. de eius vita. Cui consentit auctor itinerarii Hierosolymitani, qui iisdem fere temporibus scripsit quibus Eusebius. Nam Dalmatii et Zenophili consulatum commemorat, quem certum est in extrema Constantini tempora incidisse. Accedit Eucherius in libello de situ urbis Hierosolymitanae, quem Iacobo Sirmondo debemus, et Antoninus Martyr in itinerario. Quibus etiam adiungi potest testimonium Socratis in lib. I. cap. 13. Sozomeni et aliorum quorum infra mentionem faciam. Hi omnes unam duntaxat basilicam a Constantino Maximo Hierosolymis exstructam esse consentiunt.

Quae quidem et martyrium dicta est, teste Eucherio. Certe Eusebius eam diserte *μαρτύριον* appellat, tum in lib. III. de vita Constantini cap. 29., tum in lib. IV. cap. 40. 43. et 45. Sozomenus quoque eandem basilicam *μέγα μαρτύριον* dictam esse testatur. Ad cuius consecrationem iussu imperatoris Constantini convenerunt episcopi qui in urbe Tyro congregati erant, consulatu Constantii et Albini. Postremo in epistola episcoporum qui Hierosolymis ad dedicationem illius basilicae convenerunt, quam refert Athanasius in apologia ad Constantinum pag. 801., *σωτήριον μαρτύριον* vocatur.

Caeterum ansam erroris Sirmondo praebuisse videtur corruptus Eucherii locus. Sic enim ab illo est editus in Triplice nummo pag. 8. *Primum de locis sanctis pro conditione platearum, divertendum est ad basilicam quae martyrium appellatur, a Constantino magno cultu exstructa. Dehinc cohaerentia ab occasu insunt (forte visuntur) Golgotha et Anastasis. Sed Anastasis in loco est resurrectionis, Golgotha vero medius in Anastasim. At martyrium locus est dominicae passionis, in quo etiam rupes apparet, quae quondam affixo domini corpore crucem pertulit.* At quis non videt scribendum esse: *Golgotha vero medius inter Anastasim ac Martyrium locus est dominicae passionis, in quo etiam rupes apparet?* etc. Hoc enim tum ex Eucherii superioribus verbis, tum ex Antonini Martyris itinerario plane convincitur, adeo ut in huius emendationis confirmatione immorari, nihil aliud sit quam tempus terere.

Quid igitur, inquies, si una duntaxat fuit basilica, quomodo intelligi potest quod dicit Hieronymus in epistola ad Pammachium: *Cum de Anastasi pergeretis ad crucem?* Idem prorsus est ac si dixisset: Cum de monumento pergeretis ad Golgotha, in quo erat rupes crucis. De qua praeter Eucherium loquitur idem Hieronymus in epistola ad Paulinum de institutione Monachi. Certe Hieronymus paulo ante, sepulchrum domini appellaverat, quam hic Anastasim dicit. Sic enim ait: *Nonne ante sepulchrum domini misso archidiacono praecepisti, ut talia disputans conticesceret.* Sed et idem Hieronymus in commentariis in caput primum Sophoniae, Anastasim pro sepulchro domini posuit: *Congregatur turba miserorum; et patibulo domini corruscante, ac radiante Anastasi eius, de Oliveti quoque monte crucis fulgente vexillo* etc. Et in epist. 46. ad Rusticum: *Ista pro te locis venerabilibus resurrectionis et crucis* etc. Gregorius quoque Nyssenus in epist. ad Eustathiam et Ambrosiam, diserte vocat *ἀνάστασιν* locum in quo sepultus est dominus, et Sophronius in prato spirituali cap. 91. et 105. Scio quidem Iacobum Gretserum perinde interpretatum esse locum illum B. Hieronymi. Sic enim scribit in lib. I. de cruce cap. 65. *cum de Anastasi pergeretis ad crucem: hoc est, de templo resurrectionis ad templum crucis.* Et in cap. 80. eiusdem libri ecclesiam dominicae cruci sacram a Constantino Hierosolymis extructam esse colligit ex prava versione Eusebiani panegyrici. Sed hic error communis est illi cum Sirmondo.

Ceterum etsi
stantiniana, ea ta
Eusebius in libro
verbis *μαρτύριον*
resurrectionis domi
testatur. Sic enim
Ὅπως ἐν Ἱεροσο
ἡμῶν ἀναστάσεως,
Certe ecclesia sanc
lymitano in catech
et a Wilhelmo Ty
et 5. et alibi passi
primi operae preti
resurrectionis, *qu*
voluit dicere) *eius*
stantino Augusto a
Modestum tempore
davit. Hinc in sy
sis dicitur, et apu
quidam presbyter e
id est, basilicae t
utpote totius operi
Eusebius.

Interdum tamen Anastasis strictius sumitur, et separatur a martyrio seu basilica Constantini, ac pro sepulchro domini, seu potius pro aedicula sepulchro superstructa ponitur, ut videre est apud Hieronymum et Eucherium. Hanc distinctionem non intellexit Gretserus qui in lib. I. de cruce cap. 65. acriter reprehendit

*) [Ecclesiam resurrectionis a Constantino exstructam vocari saepius ab Eusebio et eo qui capitum indices confecit, *μαρτύριον*, pluribus exemplis ipse docui IV, 40. Sed eandem *μαρτύριον τῆς ἀναστάσεως* ab Eusebio appellari quomodo Valesius contendere h. l. potuerit, nescio. Nam III, 29. non ipsa ecclesia, sed sepulcrum Christi significatur verbis *τὸ σωτήριον ἄντρον*, illa autem *μαρτύριον τῆς ἀναστάσεως* in cap. XXIX. plane non leguntur, sed in cap. XXVIII., ubi non minus sepulcrum domini ita vocatur, ut affirmat recte ipse Valesius III, 33. nott. 2. 3. Adde quae ipse ad h. l. annotavi et Vales. ad Euseb. de laudd. Constant. c. IX. not. 17. c. XI. not. 4. Itaque quamvis ecclesia Hierosolymitana non solum *μαρτύριον* vocetur ab Eusebio et aliis (vid. Athanas. opp. T. I. p. 801. edit. Paris. a. 1627. Cyrill. Hierosolym. catech. XIV. p. 207. ed. Benedict. Beda de locis sanct. c. II. T. III. opp. p. 363. a. 1688.), sed etiam *ἐκκλησία τῆς τοῦ σωτῆρος Θεοῦ ἀναστάσεως* a Cyrill. l. l. p 211. et *Anastasis* simpliciter, tamen Eusebius illam neque *μαρτύριον τῆς ἀναστάσεως* neque *ἀνάστασιν* simpliciter vocasse existimandus est. Nihilominus eundem errorem quem Valesius, erravit *E. F. Wernsdorf.* histor. templi Constantiniani p. VIIII. Idem etiam crucis nomine et Constantinianam basilicam Hierosolymitanam dictam esse docuit l. l. p. VIIII. et p. X. Cf. Euseb. de laudib. Constant. c. IX. Cyrill. l. l. p. 216. Denique in Eusebii vita cap. 30. l. III. vocatur illa *τὸ μαρτύριον τοῦ σωτῆρος*, cap. 33. *ἐκκλησία τοῦ σωτῆρος*.]

Bedam, quod Anastasim a martyrio distinxerit. Atqui Beda seu Adamannus bonum inprimis auctorem Eucherium secutus est, cuius verba perperam interpolavit. Sed et Marcus in vita Porphyrii Gazensis episcopi cap. 4. Anastasim a martyrio aperte distinguit: *Anastasis*, ait Eucherius, *in loco est resurrectionis.* Non dixit: *locus est resurrectionis*, quemadmodum de Golgotha dicit: *est locus passionis:* sed ait: *in loco est resurrectionis.* Aediculam ergo ibidem fuisse innuit arcuato opere structam, et columnis marmoreis suffultam, ut testatur Eusebius. Erat porro haec aedicula coniuncta basilicae, nam ab Anastasi ad basilicam seu martyrium, ingentes erant porticus, atque in medio campestris planities, ut scribit Eusebius, qui et basilicam ab ortu sancti sepulchri fuisse testatur, quod plane confirmat Eucherius **).

Ex his perspicere licet, immerito reprehensum esse a Ioanne Tristano Iacobum Sirmondum. Neque enim in eo lapsus est Sirmondus, quod basilicam in loco resurrectionis domini a Constantino superstructam esse dixerit, quippe cum idem dicant Eusebius ac Socrates, et auctor itinerarii Hierosolymitani. Sed in eo lapsus est Sirmondus, quod duas basilicas a Constantino Hierosolymis extructas esse credidit. Unam enim duntaxat basilicam in urbe Hierosolymitana ab illo conditam fuisse prodit Eusebius, Socrates, Theodoretus, Sozomenus, Eucherius, Antoninus, Wilhelmus Tyrius, et ante eos auctor itinerarii Hierosolymitani. Sed illam alii in loco resurrectionis, alii in passionis loco constructam esse dixere. Et Eusebius quidem ac Socrates et auctor itinerarii in loco ipso monumenti conditam fuisse testantur. Sozomenus vero in lib. II. circa locum Calvariae, sive in Golgotha. Rufinus quoque in lib. I. historiae ecclesiasticae, et Paulinus in epistola II. in loco passionis extructam esse dicunt. Sic etiam Hieronymus in cap. XXVII. Matthaei: *Propterea autem ibi crucifixus est dominus, ut ubi prius erat area damnatorum, ibi erigerentur vexilla martyrii.* At Nicephorus in lib. VIII. historiae ecclesiasticae cap. 30. utroque in loco hanc basilicam conditam esse dixit. Quin etiam Eusebius hac in parte variasse deprehenditur. Cum enim in libris de vita Constantini, ut superius ostendimus, illustrem hanc basilicam in loco dominicae resurrectionis extructam esse affirmet, in oratione tamen de laudibus Constantini pag. 466. de eadem loquens basilica, in honorem S. crucis a Constantino Maximo eam extructam esse asserit, iuxta ipsum passionis dominicae locum: *τὰ δὲ ἐπὶ τοῦ Παλαιστινῶν ἔθνους τῆς Ἑβραίων βασιλικῆς ἑστίας ἐν μέσῳ, κατ' αὐτὸ δὴ τὸ σωτήριον μαρτύριον, οἶκον εὐκτήριον παμμεγέθη, νεών τε ἅγιον* etc. Quae quidem verba interpres sic Latine vertit, quasi Constantinus duas in ea civitate ecclesias aedificasset, cum tamen constet vel ex sequentibus Eusebii verbis, unicam fuisse. Sic igitur vertendus est hic locus: *In provincia*

**) [Cf. Euseb. V. C. III, 35. not. 2. p. 190 sq.]

autem Palaestina apud civitatem quae Hebraeorum regia quondam fuit sedes, in ipso urbis meditullio ad locum dominicae passionis, aedem sacram immensae amplitudinis et sanctuarium in honorem S. crucis, omni magnificentiae genere exornavit. Quin etiam monumentum servatoris sempiterna memoria dignum, illiusque tropaea contra mortem erecta, ornamentis quae dicendo exprimi nequeunt, decoravit. In his Eusebii verbis τὸ σωτήριον μαρτύριον, *passionis dominicae locum* interpretatus sum, tametsi in epistola patrum concili Hierosolymitani pro ipso templo sumatur, ut supra ostensum est †). Quod quidem neminem turbare debet. Sic enim Anastasin, tam pro monumento ipso, quam pro aedicula promiscue usurpari docuimus. Porro haec varietas ac dissensio, ex locorum vicinitate orta est, cum Golgotha a monumento octoginta tantum passibus distet, ut scribit Antoninus. Hinc etiam est, quod haec basilica modo Anastasis appellatur, ut ex Eusebio [Vid. p. 503. *)], Cyrillo, Iustiniano, Ioanne Moscho et Wilhelmo Tyrio supra ostendimus, modo ecclesia sanctae crucis. Sic enim appellat auctor chronici Alexandrini indictione septima: *Ὀπτάτου καὶ Ἀνικίου Παυλίνου· τούτοις ὑπάτοις γέγονε τὰ ἐγκαίνια τῆς ἐκκλησίας τοῦ ἁγίου σταυροῦ, τῆς οἰκοδομηθείσης* etc. Id est: *his Coss. facta est dedicatio ecclesiae sanctae crucis, quam Constantinus Magnus aedificaverat temporibus Macarii episcopi Hierosolymitani, die 17. mensis Septembris.* Fallitur tamen, ut obiter dicam, auctor huius chronici. Non enim consulatu Optati et Paulini, sed anno sequente haec basilica dedicata est, Constantio et Albino Coss. anno Christi 335., praesentibus episcopis qui iussu imp. Constantini in urbe Hierosolymitana convenerant post synodum Tyri habitam. Habita autem est synodus in urbe Tyro, iis quos dixi, Coss. ut Athanasius in apologia testatur ex ipsius synodi gestis. Pro 17. die mensis Septembris, apud Nicephorum dies 13. ponitur. Tametsi interpres Latinus decimum quartum restituit, quo die exaltationem S. crucis occidentis ecclesia celebrat. Sed vulgata lectio in Nicephoro retinenda est, et in Alexandrino chronico restituenda. Nam encaenia ecclesiae sanctae resurrectionis 13. die Sept. quotannis celebrabantur, ut legitur in Menologio Graecorum, et in typico

---

†) [Temere Valesius h. l. Eusebium basilicam Hierosolymitanam nunc in loco resurrectionis, nunc in loco passionis constructam esse dicere opinatur, perperam interpretatus verba illa quae in panegyrico leguntur, τὸ σωτήριον μαρτύριον *passionis dominicae locum*, quod quidem eo magis mirum est, cum ipse Valesius recte illa verterit in ipsa interpretatione panegyrici *ad locum dominici sepulcri*, quo nihil aliud significari patet nisi locum resurrectionis, ut ipse Eusebius V. C. III, 28. sepulcrum Christi vocat τῆς σωτηρίου ἀναστάσεως μαρτύριον. Vide Vales. et nos ad V. C. III, 33. not. 2. Neque tamen in loco resurrectionis exstructa erat ipsa basilica Hierosolymitana sed *Anastaseos* aedes. Vid. III, 35. not. 2. Cf. III, 33. not. 3. De illis autem verbis *οἶκον εὐκτήριον κ., νεών τε ἅγιον* vid. III, 43. not. 4. III, 58. not. 6.]

S. Sabae: 13. die Septembris *τὰ ἐγκαίνια τῆς ἁγίας Χριστοῦ ἀναστάσεως.* Idem scribit Sophronius in oratione de exaltatione S. crucis. Ubi etiam notabis Anastasim vocari, quae in chronico Alexandrino ecclesia S. crucis appellatur. De hoc festo Sozomenus in lib. II. cap. 25. Illustris est locus ex homilia 14. Cyrilli Hierosolymitani, qui nostram sententiam eximie confirmat. Explicans enim haec verba Sophoniae: *Propterea expecta me, dicit dominus, in diem resurrectionis meae, in testimonium*, subiungit haec verba: *Βλέπεις ὅτι καὶ τὸν τόπον τῆς ἀναστάσεως προεῖδεν ὁ προφήτης μαρτύριον ἐπικληθησόμενον. Τίνι γὰρ τῷ λόγῳ μὴ κατὰ τὰς λοιπὰς ἐκκλησίας, ὁ τοῦ Γολγοθᾶ καὶ τῆς ἀναστάσεως οὗτος ὁ τόπος ἐκκλησία καλεῖται, ἀλλὰ καὶ μαρτύριον;* Id est: *Vides quod et locum resurrectionis praevidit propheta martyrium vocandum. Quare enim non iuxta reliquas ecclesias hic Golgothae et resurrectionis locus, ecclesia vocatur, sed martyrium?* Vides unicam basilicam a Cyrillo Hierosolymitano agnosci, quae et martyrium dicta sit. Non igitur duae fuerunt basilicae, ut credidit Iacobus Sirmondus et Gretserus; altera in loco passionis, altera in resurrectionis loco constructa. Potior apud me est Cyrilli Hierosolymorum episcopi auctoritas, qui unam duntaxat ecclesiam, tam in resurrectionis quam in passionis dominicae loco sub martyrii nomine conditam fuisse testatur. Quod si Cyrilli testimonium non sufficit, alterum adiungam Basilii Seleucensis ex orat. 38. contra Iudaeos: *ἐκεῖ γὰρ τοῦ κυρίου καταξιώσαντος σταυρωθῆναι καὶ ταφῆναι καὶ ἀναστῆναι τῷ καλουμένῳ Γολγοθᾶ· ἐκεῖ καὶ ἡ ἁγία τοῦ θεοῦ καθιδρύθη ἐκκλησία, ἐπωνύμως τὰ σωτήρια τοῦ κυρίου πάθη φέρουσα μέχρι νῦν, τοῦ σταυροῦ δὴ λέγω καὶ τῆς ἀναστάσεως.* Habes meam de Anastasi et de loco S. Hieronymi sententiam. Quam quidem non refellendi cuiusquam (id enim alienum est a nobis), sed inquirendae et aperiendae veritatis studio proposui. Vale. Lutetiae Parisiorum Idibus Decembris, anno 1650.

F. A. HEINICHEN
EXCURSUS.

EXCURSUS I.

AD

EUSEB. V. C. I, 28. 29.

Quamvis in hanc Eusebii narrationem de qua diversissima ratione omni tempore iudicaverunt VV. DD. (cf. GOTHOFREDUS dissert. ad Philostorg. I, 6. p. 16 sqq. III, 26. p. 187 sq.), non ita inquirere mihi hoc loco liceat, ut minutatim singula persequar et accuratissime explicem, tamen vel graviora quaedam quae eo pertineant, afferre et quid ipse de illa narratione ac de altera quaestione cum hac arctius iuncta et connexa statuam, brevius exponere, haud alienum esse censeo. Ac primum quidem ipsa illa maior de Eusebii relatione sententiarum opinionumque diversitas etiamsi prima specie satis mira videri possit, tamen, si quis ipsum Eusebium iis quae nobis cap. XXVIII sq. retulit, Constantini M. ad religionem Christianam conversionem effectam esse simul censuisse cogitaverit, minime miram visum iri, animadvertendum sit. Cf. MANSO Leben Constantins des Grossen p. 86.: „*Luftgebild und Traumgesicht würden schwerlich jemahls der Gegenstand einer ernsten Untersuchung geworden seyn, wenn Eusebius, ausser der Besiegung des Maxentius, nicht noch eine zweyte und bey weitem wichtigere Folge, die Bekehrung Constantins, an sie geknüpft hätte. Diese Behauptung ist es eigentlich, die der geschichtlichen Forschung Werth und Bedeutung giebt und um so weniger abgewiesen werden kann, je bestimmter von jetzt an in Constantins Denk- und Handlungs-Weise eine gewisse und unwandelbare Anneigung zum Christenthum sichtbar wird.*“ Neque vero iudicium de causis quibus ductus Constantinus religionem Christianam amplexus sit, magnam vim exercuisse in iudicium de narratione Eusebii, non consentaneum est. Nam qui Constantinum vel unice vel potissimum sua ipsius de religionis Christianae veritate et praestantia persuasione ad eandem illam religionem adductum esse censebant, iidem Eusebianae narrationis veritatem vel totam et integram vel reiectis

iis quae nullo modo retineri posse viderentur, defendebant, vel certe si aliquando, in iudicio de illa ferendo sapientem quandam ἐποχὴν commendabant. Vide praeter alios TILLEMONT. mémoires T. VII. IOH. IOACH. WEIDNER. dissert. Constantinus M. signo crucis Christi in nubibus viso ad Christianismum inauguratus, Rostoch. 1703. IO. FRICK. de fide Constantini M. haud dubie Christiana, Ulm. 1713. 4. FABRICII exercitatio critica de cruce Constantini in Bibl. Graec. T. VI. p. 703 sqq. ed. HARLES., MOSHEM. commentt. de rebus Christian. ante Const. M. p. 964 sqq. CRAMER Fortsetzung des Bossuet T. III. p. 226 sqq. ed. II. SCHROECKH allgemeine Biographie T. IV. p. 22 sqq. et christliche Kirchengeschichte T. V. p. 69 sqq. NEANDER allgemeine Geschichte der christlichen Religion und Kirche T. II. P. I. p. 14 sqq. *Denkschrift zur Ehrenrettung Constantins des Grossen* in: Zeitschrift für die Geistlichkeit des Erzbisthums zu Freiburg a. 1829. Fasc. III. p. 44 sqq. p. 53 sqq. p. 62 sqq. Contra qui Constantinum M. quamvis a religione Christiana alienum neque de illius veritate et praestantia vere sibi persuadentem, vel unice potius vel potissimum politicis consiliis et studiis commotum esse arbitrabantur ut se Christianum esse simularet, iidem nihil plane veri inesse in Eusebii narratione sed eam aut a Constantino M. aut ab Eusebio fictam esse vel aperte professi sunt vel tectius indicarunt et probabiliter existimarunt. Vid. THOMASIUS observatt. Halenss. T. I. p 370. ARNOLD Kirchen- und Ketzerhistorie T. I. p. 137. STRUVII dissert. de Constantino M. ex rationibus politicis Christiano, Ien. 1713. PERTSCH Kirchenhistorie Jahrgang IV. T. I. p. 56. GIBBON history of the decline and fall of the Roman empire Vol. III. p. 205 sqq. et: Die Bekehrung des Kaisers Constantins des Grossen nach ihren Ursachen und Wirkungen aus dem Englischen des Hrn. EDWARD GIBBON übersetzt, Lüneburg. 1797. GIBBON Geschichte des Verfalls und Untergangs des R. Reichs übersetzt von SCHREITER T. IV. p. 351 sqq. HENKE allgemeine Geschichte der christlichen Kirche T. I. p. 193 sqq. edit. VATER. Sed totam Eusebii narrationem reiecit et nihilominus mediam quandam viam tenens nec seriam fuisse Constantini M. conversionem nec solis politicis rationibus affectam et simulatam sed potius Constantinum prius quidem nulli religioni totum et ex animo addictum, propter rationes graviores sapientioris principis animum commoventes, Christianos et paganos aequabilitate quadam tractavisse, deinde vero a semet ipso desciscentem Christianos magis quam par esset, auxisse et fovisse existimat MANSO l. l. p. 80 sqq. Nam p. 102 sq. V. D. haec scripsit: *„Mich dünkt, wenn man diese Gesinnungen und jene Thatsachen, — — mit Unpartheylichkeit würdigt, so darf man* ***weder zu einer ernstlichen Bekehrung des Kaisers, noch zu verborgenen staatsklugen Absichten*** *seine Zuflucht nehmen, um die Stellung, die er gegen das Christenthum wählte, zu begreifen. Constantin war offenbar einer von den weisern Fürsten, welche die Kirche vom Staate trennen, und den Glauben*

vom Leben gehörig sondern. Er kannte das Christenthum von keiner andern als vortheilhaften Seite für die öffentliche Ruhe und Wohlfarth, und hatte gewiss zu Nikomedien und in Gallien Gelegenheit gefunden, auch das Innere desselben genauer zu erforschen und bestimmter zu prüfen. Die Verfolgungen, die man sich gegen die Bekenner der neuen Lehre erlaubte, erschienen ihm mit Recht als entehrend und grausam, und die Lehre selbst, das geringste zu sagen, unschädlich. Vernunft und Menschlichkeit forderten zur Milde, wenigstens zu einer gleichen Behandlung der Bedrängten mit den Unterthanen des Reichs auf, und er horchte auf beyder Stimmen und liess den Christen angedeihen was ihnen gebührte." Et p. 112.: *„in dieser seiner Unpartheylichkeit ist sich Constantin keineswegs gleich geblieben, sondern vielmehr den früher befolgten Grundsätzen so untreu geworden, dass man von jetzt an zu neuen Thatsachen neue Aufschlüsse suchen muss."* Iam vero ego quidem vel ea quae Constantinus M. haud ita multo postquam mira illa qualiacunque ei evenerunt quorum Eusebius mentionem fecit, in religionis Christianae et Christianorum gratiam constituit, atque ipsum studium quo rebus Christianorum interfuit, non proficisci potuisse censeo nisi ab eo imperatore qui religionem Christianam et Christianos aut propter solas politicas rationes atque animo reapse ab illis alienus, aut propterea tantum adiuverit, promoverit, foverit, quod religionem illam si non solam veram, certe pagana superstitione longe veriorem et praestantiorem esse vere sibi persuaserit. Atqui solis politicis rationibus Constantinum commotum religionis Christianae et Christianorum studium nonnisi simulasse, recte negat ipse Manso p. 89 sq. Add. Godof. Christ. Leutner. dissert. de Constantino M. non ex rationibus politicis Christiano, Lips. 1714. Moshem. commentt. p. 969 sqq. Cramer Fortsetzung des Bossuet T. III. p. 230 sqq. Kist. disput. de commutatione quam Constantino M. auctore societas subiit Christiana p. 23 sq. Denkschrift zur Ehrenrettung Constantins des Grossen l. l. p. 44 sqq. p. 51 sq. p. 73 sq. Ergo restat ex mea sententia nonnisi posterius, quod nec difficilius erit ad probandum. Nam vel ex iis quae Constantinus non ita multo post victoriam de Maxentio a. CCCXII. reportatam et antequam ad imperium solus perveniret, in religionis Christianae et Christianorum gratiam instituit, si quis rem sine ira et studio ponderaverit, apparere censeo, Constantinum ne illo quidem tempore aequabilitate tantum quadam Christianam et gentilium religionem esse tuitum, sed potius per ipsam nativam animi indolem, vitae cursum atque educationem quae ei contigerat [1]), ad

---

1) De his vid. Kist. disp. de commutat. quam Constant. M. auct. religio subiit Christ. p. 25—28. Neander Geschichte der christl. Religion u. Kirche T. II. P. I. p. 11 sq. et *Denkschrift zur Ehrenrettung Constantins des Grossen* in: Zeitschrift für die Geistlichkeit des Erzbisthums Freiburg a. 1829. Fascic. III. p. 44—50.

Christianorum partes iam tunc inclinantem, Christianae religioni et Christianis certe multo magis favisse, deque illius veritate sibi vere iam tunc persuasisse. Referendum huc ut taceam de decreto Mediolanensi a. CCCXIII. a Constantino et Licinio dato [2]), de quo postea, maxime illud, quod leges quas Constantinus inde ab illo tempore dedit, maiorem sensim Christianae religionis et existimationem et efficaciam, morumque emendandorum studia ostendunt, quibus antea Romanorum leges caruerant, humanitatem, aequitatem, Christianam caritatem et verecundiam commendant, vim denique indicant, quam vel Christiana religio vel Christianorum doctorum admonitiones, in Constantini animum iam tunc exercuerunt [3]), deinde quod Constantinus iam ab illo inde tempore rerum ecclesiae Christianae inprimis curam gessit, et Christianorum rebus non modo se immiscuit, sed institutis legibusque religionis Christianae commodis et iuribus egregie consuluit [4]). Ita statim post victum Maxentium, saeviens Donatistarum schisma, veluti τὶς κοινὸς ἐπίσκοπος (vid. Excurs. II.), componere studuit, atque ad decernendas lites episcoporum concilia iterata vice convocavit, ita singulari benevolentia ecclesiae doctores inprimis prosecutus, praeter magnam pecuniarum et agrorum munera, quae iis largitus est, a tributis etiam et exactionibus magnam partem illos immunes esse voluit, atque e publico stipendia vel annonas annuas iis concessit (Euseb. H. E. X, 6. Sozom. H. E. I, 8. Theodoret. H. E. *I, 11.*), ita eodem iam tempore quo Donatistarum litibus erat occupatus, publicorum munerum immunitatem clericis et ecclesiasticam iurisdictionem tribuit (vide nos ad V. C. IV, 27.), denique manumissiones servorum, in *Christianorum* coetu coram episcopo fieri permisit, omissis omnibus solennitatum ambagibus, quibus iure civili fieri solebant (Sozom. l. l. GOTHOFREDUS ad cod. Theodos. L. IV. tit. 7. l. 1.), et praeter alias leges quibus, ut publicam religio Christiana auctoritatem acciperet, hoc tempore iam plurimum contulit (cf. V. C. II, 20—45.), legem de celebranda die dominica dedit, unde et ad quantam auctoritatem religio Christiana iam tunc pervenerit, et quantopere augere illam Constantinus studuerit, luculenter intelligitur. Cf. V. C. IV, 18. not. 5. Quae vero seriori tempore Constantinus pro Christianis et religione Christianorum fecit [5]), si non totum eum illis addictum fuisse ostendunt,

---

2) Vid. Euseb. H. E. X, 5. Lactant. M. P. c. XLVIII. NEANDER l. l. p. 24 sqq. et nos in Excurs. XVII. ad Euseb. H. E. T. III. p. 457 sqq.

3) Vid. GOTHOFREDI chronologia cod. Theodos. ad a. Chr. CCCXIX. DE RHOER. diss. de effectu religionis Christianae in iurisprudent. Roman. p. 38 et passim. KIST. l. l. p. 29.

4) Vid. CRAMER Fortsetzung des Bossuet T. III. p. 234 sqq. SCHROECKH christliche KG. T. V. p. 90 sqq., ipse MANSO Leben Const. p. 92—102. KIST. p. 28 sq. p. 33 sqq. et Denkschrift zur Ehrenrettung Constantins l. l. p. 71 sqq.

5) Vid. CRAMER Fortsetzung des Bossuet T. III. p. 255 sqq. MANSO l. l. p. 112 sqq.

nihil ostendit. Cf. Mosheim. commentt. de rebus Christian. ante Const. M. p. 965.: „*Si is qui per magnam vitae partem id potissimum agit, ut religionem Christianam stabiliat et propaget, qui oppositas ei religiones oppugnat et deprimit, qui totum fere iurisprudentiam Christianae religionis caussa mutat, qui ad extremum usque spiritum Christum laudat, celebrat et sancte profitetur, qui liberos suos in ea religione institui et educari iubet, qui cives omnes et populos suos ad eam amplectendam exhortatur et incitat, qui ministros eius et sacerdotes multis variisque beneficiis ornat et honestat, et multa huius generis alia facit, quae religionem Christianam fulciunt et muniunt, si is, inquam, Christiani non meretur vocabulum, nescio, in quo nomen hoc ponendum sit.*“ Neque vero inde quod Constantinus maximo priori post victum Maxentium tempore vel religionis paganae cultum adhuc toleravit vel alia nonnulla fecit quae Christianus imperator non potuisse facere videri possit, quo pertinet pontificis maximi quam Constantinus nondum detrectabat, appellatio, cultus quo solem prosequebatur, vatum et haruspicum consultatio [6]), quidquam aliud sequitur, nisi vel Constantinum illo quidem tempore nondum ita fuisse ira et cupiditate inflammatum, ut religionem cogi et posse et debere censeret, ideoque meliorem etiam Christianum fuisse quam seriori tempore ubi non solum quovis modo ad Christum et Christi religionem paganos allicere studebat sed trahere et rapere audebat [7]), vel Constantinum quamvis religionem Christianam esse veram et praeclaram intellexisset, tamen, ut fieri solet, non statim totum ei se addixisse, neque omnes paganae superstitionis reliquias uno impetu abiecisse, qua de causa similiter vel Theodosii aetate exstiterunt monumenta Christiana, in quibus una cum Christianis imaginibus pagana simulacra inveniuntur. Vid. Kunstblatt zum Morgenblatt a. 1829. N. 60. p. 240., ubi de Christiano monumento in Gallia nuper effosso et Minervae effigie simul instructo haec leguntur: „*Um die Abbildung der Kunstgöttin auf einem christlichen Denkmal von Theodosius Jahrhundert*

---

6) Vid. Baronius annall. eccl. ad a. CCCXXI. N. 18. Spanhem. ad Iulian. caes. p. 228. Mosheim, commentt. p. 975. Gibbon Geschichte des Verfalls u. Untergangs des R. R. übers. v. Schreiter T. IV. p. 356. not. 9. Schroeckh KG. T. V. p. 145 sqq. Planck Geschichte der christlich-kirchlichen Gesellschafts-Verfassung T. I. p. 237. Manso p. 104 sqq.

7) Vid. II, 48 sq. II, 56. not. 3. II, 71. et Excurs. II. coll. III, 21. nott. 4. 10. III, 58. not. 8. IV, 54. not. 3. — III, 54. not. 3. IV, 19. not. 5. Eutrop. X, 7.: „*Vir* (Constantinus) *primo imperii tempore optimis principibus, ultimo mediis comparandus.*“ Aurel. Vict. epit. XLI, 16.: „*Decem annis praestantissimus, duodecim sequentibus latro, decem novissimis pupillus ob profusiones immodicas nominatus.*“ Manso p. 204.: „*Wie viel gesunder Verstand und welche richtige Beurtheilung der Verhältnisse spricht sich ferner nicht in seinem* (Constantins) *frühern Benehmen gegen die Christen und in mehrern seiner Gesetze aus!*“ Ibid. p. 206. Neander Denkwürdigkeiten aus der Geschichte des Christenthums T. II. p. 1 sqq. ed. II.

zu erklären, ist es natürlicher, sie der Vermengung der beyden Religionen zuzuschreiben; sie war häufig auf den Kunstwerken einer Zeit, in welcher, wie Mabillon im Iter Italicum sagt, cruda adhuc quorundam in cordibus Christiana religio aliquid de paganici ritus superstitione retinebat. So findet man Orpheus und Bacchus häufig auf christlichen Sarkophagen aus der Regierung Konstantins. Auf einer Lampe von gebrannter Erde, gestochen in der neuen Ausgabe der Roma sotterranea, t. III. p. 79, sieht man unten den Propheten Jonas und den guten Hirten, der das verirrte Schaaf trägt, und oben auf der einen Seite Juno mit dem Pfau, auf der andern Apoll mit der Leyer. Ein Frescogemälde endlich in derselben Sammlung, t. III. p. 111, stellt oben Christus dar mit den fünf klugen Jungfrauen des Evangeliums [Matth. XXV, 9.], unmittelbar darunter Pluto auf seinem Wagen; er zieht in das Schattenreich die junge Christin, in deren Grab diese Malerey gefunden wurde; Merkur mit dem Stabe führt die Rosse des Todtengottes. Es war nicht leicht, sich von einem ganz sinnlichen Gottesdienste zu einem abstrakteren Gedankengang zu erheben; der heil. Augustin selbst war der Meynung, man könne nur allmählig dahin gelangen." Denkschrift zur Ehrenrettung Constantins des Grossen l. l. p. 74 sq.: „Weiter stösst man sich an den heidnischen Gottheiten und Sinnbildern seiner (Constantins) Münzgepräge. Allein wer mit der römischen Münzkunde nähere Bekanntschaft gemacht hatte, sollte darauf aufmerksam geworden seyn, dass in diesem Zeitraume die alten Personificationen und Götterwesen grösstentheils von den Münzen verschwinden. Auf den Geprägen Constantins sehen wir noch den Apollo mit dem Sonnenball, zuweilen den Mars, dann die Victoria und den Genius des römischen Volkes; aber diese wenigen Bilder machen bald den Votis quinquennalibus, decennalibus u. s. w. Platz, oder den Gränzcastellen, und den Abbildungen der Gefangenen zu den Füssen des Siegers. Von den Gottheiten blieb nur (?) noch die Victoria, die sich fortwährend auf den Münzen der folgenden christlichen Kaiser erhielt. Die Constantinischen Münzstempel mit dem Apollo und Mars fallen grösstentheils in die Zeit, wo er dem Christenthum seine Gunst noch nicht [völlig] zugewendet hatte, und wiederhohlen sich noch in der Folge, weil das Alte nie im Augenblick aufhört." Accedit autem quod ipsius temporis aliaeque rationes quominus animum suum Christianorum et religionis Christianae studiosum plane aperiret, Constantinum subinde impediebant et deterrebant. Vid. KIST. disp. de commut. quam Constant. M. auct. societas subiit Christ. p. 28 sq., ubi de decreto Mediolanensi (cf. supra p. 510. not. 2.): „Multi, inquit, merito observarunt, animum illud ostendere, ab antiqua religione minime [plane] alienum 8). Ob-

8) Vid. Mosheim. comment. p. 971 sqq. Gibbon Geschichte des R. R. übers.

servandum vero, parum hoc decretum valere, ut veram Constantini de religione mentem, inde intelligamus. Non solus quippe illius auctor fuit, sed Licinius quoque. Huic autem — — etsi iis (Christianis) *non sincerus erat amicus, parcere debuit Constantinus; neque ceteris displicere voluit subditis, qui antiquam religionem profiterentur. Quamvis igitur etiam religionis indole plenius iam fuisset imbutus, ob rerum tamen, quae id temporis erant, conditionem, manifestare mentem non potuisset.*" Similiter Kist. p. 38 sqq. „*Constantinus*, inquit, — — *subinde antiquam religionem haud prorsus negligere videbatur. Id certe leges docere, quas, annis* 319 *et* 321, *de tolerandis haruspicibus tulit, nonnulli voluerunt* [vide supra not. 6.]. *Verumtamen Deorum cultui etiamnum eum fuisse addictum, nullam hae leges suspicionem movent. Antiqua enim religio, in iis superstitionis atque praeteritae usurpationis nomine carpitur; item plura his in legibus indicia adsunt, quae satis ostendunt, Constantinum haec omnia non probasse, verum permisisse modo, quoniam abrogare illa adhuc* [commode] *non poterat. Inprimis vero observandum videtur, leges hasce urbem Romam potissimum spectavisse, qua nulla fuit veteris superstitionis tenacior* [9]. *Hinc autem ritus antiqui nullibi viguerunt diutius; neque Constantinus, ceterique post eum imperatores, Gentilismum evertentes, vel Christianam religionem stabilientes, cautius circumspectiusque ullibi agere debuerunt, quam in antiqua hac terrarum domina, urbe* [10]. *Itaque primarias hac in re partes egisse videtur Constantini prudentia. Haec nimirum vetuit, ne temere perficeret, quibus perficiendis par nondum erat, neve, quae animo ferebat proposita, ulterius manifestaret, quam illa vim habitura, perspiceret. — — — Quamdiu igitur solus imperium Constantinus nondum obtinuerat, ceteris parcere subditis debuit, qui gentilium sacris erant dediti, et in Christianae religionis auctoritate caute procedere; neque adeo videri voluit, ab antiqua religione plane iam defecisse* [11]." Denique scriptor anonymus commentationis:

---

v. Schreiter T. IV. p. 361 sqq. Neander KG. I. l. p. 38 — 42. Tenendum vero non minus quod recte observat Kist. l. l. p. 34., quamvis edictum Mediolanense veram Constantini de religione Christiana mentem non patefaciat, tamen illum hac lege lata summopere iam praeparasse censendum esse supremam auctoritatem, quam deinde illi religioni plane concessit, ideoque illud edictum fundamentum dici mereri novi aedificii quod Constantinus aedificavit sensim et exaedificavit.

9) Cum his conferas quae ipse animadverti de illis Constantini legibus ad V. C. II, 45. not. 3.

10) Cf. Tibull. Eleg. II, 5, 23 sq. ed. Heyn. Romulus Aeternae nondum formaverat *Urbis* Moenia. Horat. carm. IV, 3, 13. 14, 44. Vales. ad Constantin. orat. ad sanct. coet. c. XXII. not. 3.

11) Cf. Zosim. hist. II, 29, 2. ed. Reitemeier. ἐχρῆτο δὲ (Κωνσταντῖνος) ἔτι καὶ τοῖς πατρίοις ἱεροῖς, οὐ τιμῆς ἕνεκα μᾶλλον ἢ χρείας. Gibbon Geschichte des R. R. übers. v. Schreiter T. IV. p. 401 sq. „Der heil-

Denkschrift zur Ehrenrettung Constantins l. l. p. 73 sq. in eandem fere sententiam scripsit: *„Ungeachtet so vieler Beweise der Ehrerbietung für das Christenthum, so vieler Gunstbezeugungen und auffallenden Vorkehrungen, dasselbe* mit Zurücksetzung des Heidenthums, *zur* herrschenden *Religion zu erheben, zweifelt man doch noch, ob er* (Constantin) *aufrichtig der Lehre Christi ergeben gewesen sey. — Man stösst sich an den Titel* Pontifex maximus, *den er nicht aufgegeben habe, und bringt nicht in Anschlag, dass er damit grosse Vorrechte aufgegeben hätte. In dieser Eigenschaft war er das Haupt des obersten Priestercollegiums und der interpres summus sacrorum in der weltbeherrschenden Stadt; die, obwohl ein Schattenbild dahingegangener Herrlichkeit, sich selbst doch noch durch Namen und Worte täuschte. Auch in den Provinzen dauerte die Täuschung und der Glaube an die Riesengestalt, die nur noch in der Einbildung der Völker Leben hatte. So lange dieser Volksglaube nicht erloschen war, konnte er Wirkungen hervorbringen, und das Collegium pontificum auf den Einfall führen, wegen Missachtung der hergebrachten Staatsreligion, dem Kaiser Einsprache zu thun, was sie sich gegen den* Pontifex maximus *nicht vermessen durften. Diese Scheinmacht war ihm dienlich, in der Religion Veränderungen vorzunehmen, und so lange er sie nicht an einen Andern überlassen hatte, war er gegen gesetzliche Widerrede geborgen, die ihm in seinen Verfahrungen Störungen machen konnte. Er war es auch nicht allein, der diesen Titel beibehielt, sondern die Kaiser nach ihm thaten dasselbe bis auf Theodosius, der diesen Namen aufgab.“*

Quae cum ita sint, ut alii VV. DD., ita ipse Manso ad contrariam opinionem suam de iis quae Christianae doctrinae et ecclesiae Constantini animum propensum reddiderint, haud scio an eo potissimum inductus sit, quod duas quaestiones minime confundendas sed accuratius distinguendas non satis distinxerit, alteram quidem, an Constantinus Christianae religionis veritatem intellexerit et propterea illam ipsam amplexus sit et stabiliverit, alteram, an recta ratione et via ad suam de Christianae religionis veritate per-

---

nem letzten Besuche zu Rom, gab er (Constantin) *einen öffentlichen Beweis seiner frommen Abneigung gegen den Aberglauben seiner Vorfahren, indem er sich weigerte, sich an die Spitze der militärischen Procession des Ritterstandes zu stellen, und auf dem Altare des kapitolinischen Jupiter die öffentlichen Gelübde darzubringen* (Zosim. hist. II.). *Auch hatte Konstantin,* viele Jahre vor seiner Taufe, *— der Welt bekannt gemacht* (vid. V. C. IV, 15. 16.), *dass weder seine Person, noch sein Bild, jemals mehr innerhalb der Mauern eines dem Götzendienste geweihten Tempels gesehen werden solle, und zu gleicher Zeit durch die Provinzen verschiedene Münzen und Gemählde ausgetheilt, auf welchen der Kaiser, in einer demüthigen und bittenden Stellung der christlichen Andacht abgebildet erschien.“* Cramer Fortsetzung des Bossuet T. III. p. 235 sqq. Schroeckh KG. T. V. p. 146 sqq.

rationem pervenerit, ita ut firmis ac certis argumentis illa eius persuasio contineretur. Cum enim praeter alias rationes, minime ambigua ipsius Eusebii effata et ipsius Constantini vita turpioribus sceleribus inquinata externis potius et falsis quam internis et veris argumentis commotum Constantinum neque sine superstitione religioni Christianae se addixisse ostendant, priorem illam quaestionem ut omni asseveratione affirmandam, ita posteriorem sine dubitatione negandam puto. Cf. MOSHEM. commentt. p. 971 sq.: „*Cogitare apud se coepit*, ait EUSEBIUS [I, 27.], *quemnam sibi deum adsciscerct.* Ingenue, nec, ut opinor, falso. Exitus consultationis erat, ut statueret velle se deum illum unum colere, quem genitor ipsius coluisset, atque numina Romanorum negligere. Rationes huius consilii erant praeter exemplum patris, qui uni deo serviebat, adversa fortuna, tristeque exitium Diocletiani, Maximiani, aliorumque imperatorum, qui deorum religiones consectati erant. *Non magnae sunt hae rationes, nec* CONSTANTINO *honorificae. Non enim ratione ductus, totque argumentis, quae natura rerum suppeditat, victus ad unius dei cultum sese — conferebat, sed patris auctoritatem, spemque hostes debellandi et feliciter, gloriosequè imperandi unice sequebatur.* Sic nempe, quod disertissime atque ex ore ipsius Imperatoris EUSEBIUS memoriae mandavit, ratiocinabatur: Pater meus unum deum coluit, constantique felicitate ad obitum usus est: Contra imperatores illi, qui plures deos coluerunt, miserum vitae exitum post varias calamitates sortiti sunt: Igitur ut hic etiam beate vivam et prosperis rebus semper utar, patrem imitabor et ad unius dei cultum me adiungam. *Hac argumentatione ad religionem quandam amplectendam qui moveri sese unice sinit, is mediocris mihi ingenii, felicitatisque huius vitae longe cupidior, quam futurae, videtur esse.*" [12]) REITEMEIER. comment. in Zosim. p. 551.: „*in Constantino — homine modo facinoroso, modo superstitioso non mirabimur, si non veris cultus christianorum divini rationibus, sed casu aliquo fortuito, et causa non satis honesta ad eum amplectendam fuit adductus.*" HENKE allgemeine Geschichte der christl. Kirche T. I. p. 193.: „*Nicht zu verwundern, wenn er* (Constantin) *als ein ungelehrter Kriegsmann sich durch Bewegsgründe, die für gebildete Menschen schwach gewesen wären, leiten liess.*" At enim vero quomodo, quaeso, inde pateat, non sincero animo Constantinum religionem Christianam amplexatum esse, neque de quadam Constantini eaque seria conversione ad religionem Christianam quenquam recte loqui posse? Num forte

---

12) Cf. V. C. II, 24. not. 7. II, 25—27. II, 55. not. 1. III, 57. not. 1. et Constantin. orat. ad sanctt. coet. c. XXIV. not.*) V. C. III, 19. 20. Neque ex certaminis contra Constantinum eventu religionis dignitatem non metiebatur Licinius teste Euseb. V. C. II, 5., et Chlodovicum in primis victoria de Alemannis in pugna ad Tolbiacum a. 496. reportata Christianum fecit. Vid. SPITTLER Grundriss der Geschichte der christlichen Kirche p. 86. ed. PLANCK.

nemini nisi ei qui veris et firmis rationibus ad religionem quandam amplectendam impellatur, de illius veritate persuaderi posse et persuasum unquam esse, liceat contendi? Hoc, quantum video, ipsius quotidianae vitae usus refellit. Quot enim tandem homines vel hac aetate religionem Christianam veram et divinam esse sibi persuadent per rationes satis ineptas et perversas? Et quot tandem, quia per illas sibi illud persuaserunt, ecclesiae Christi se adiungunt? Atque hoc ipsum vita eiusmodi hominum religione quam profitentur, saepe parum digna tantum abest ut nos vetet statuere, ut statui non temere posse, luculenter demonstret. Nam hanc ipsam ob causam quia non graviorum argumentorum pondus sed leviorum opinionum impetus multos ad Christianam religionem adducit, fieri non potest quin saepius illi saluberrimam certae de rebus divinis persuasionis vim non persentiscant et vel vehementiorum cupiditatum stimulis incitati vel laetioris fortunae splendore elati vel tristiorum malorum gravitate depressi, facile turpius peccent. Atque eodem modo Constantinus cum de religionis Christianae veritate et dignitate vere quidem atque ex animo, sed non ratione et via sibi persuasisset, cur postea nec germana in deum pietate qua pleniore ore eum collandat Eusebius [13]), valde insignis, nec a turpioribus cupiditatibus et vitiis alienus [14]), cur denique ex diversis quasi virtutum et vitiorum elementis concretus et conflatus, modo lenis, modo durus, modo iustus, modo iniustus, modo sapiens, modo insipiens fuerit, minime mirum esse poterit [15]). Itaque iam facile, credo, iudicari potest de iis quae scripsit MANSO p. 88 sq.: „*Ein andres ist, dem Christenthum durch Geburt und Vorurtheil angehören, ein andres, es aus innerm Bedürfnisse suchen. Dieses innere Bedürfniss und dieses von ihm abhängige Suchen ist eben die Annahme, von der Eusebius ausgeht, und diese seine Annahme entbehrt eben der einzigen Bestätigung, die ihr werden kann, — der Offenbarung durchs Leben. Wer, wie Constantin, als Neubekehrter fortfährt, der Herrschsucht und dem Ehrgeize zu dienen, wer der Rachgier gegen seine Feinde sich unbegränzt überlässt, wer wider seine*

---

13) Vide potissimum V. C. II, 3. 4. 12—14. II, 24 sqq. II, 48—60. II, 71. not. 6. III, 1. III, 20. not. 5. III, 47. 54. 63. IV, 75. Cf. Constantin. ad sanctt. coet. c. XXVI.

14) Inter haec referenda in primis Constantini ambitio, vanitas et gloriae studium (vid. V. C. IV, 29. not. 4. de laudd. Const. c. V. not. 17. Constantin. ad sanctt. coet. orat. c. XI. not. 8.), simulatio et dissimulatio (vid. Constantin. S. C. l. l. et Excurs. IV. cf. V. C. III, 21. nott. 4. 10.), imperitandi cupido (vid. Excurs. IV.), denique immanior eius et in caedes ac sanguinem erumpens crudelitas, cuius quidem vix excusationem Constantino quaeri et inveniri posse, mihi quidem persuasissimum est, quantumvis nuperrime Constantinum excusare studuerit scriptor commentationis: Denkschrift zur Ehrenrettung Constantins des Grossen p. 75 sqq.

15) Cf. NEANDER Denkwürdigkeiten aus der Geschichte des Christenthums T. II. p. 15 sqq. et Geschichte der christl. Religion u. Kirche T. II. P. I. p. 23 sq.

eigne Familie u
lich den Wohlst
seinem Eigennu
stenthum nach
Achtung und im
simum esse quo
num propterea
peiorem subinde
vim ac naturam
commotum, ad C
idem Constantin
ductus et ob ha
pius delapsus,
persuadere et ani
nime intelligo.
genuino, tamen
nem quandam a
cum rationis hu
hominum salutem stabiliat, et vitae morumque integritatem nutriat, sed potius quia vel auctoritate maiorum et miraculorum firmata sit, vel externam hominum felicitatem et civitatum florem augeat, vel denique blanda quadam suavitate in animos influat, amplectuntur et fovent? Cf. CRAMER Fortsetzung des Bossuet T. III. p. 230.: „*Man will auch aus seinen* (Constantins) *Charakter und verschiednen grausamen Handlungen desselben beweisen, dass sein Uebertritt zum Christenthume Heucheley und Betrug gewesen sey.* — — *Aber jetzt ist nicht d*
christlichen Religion seinen C
habe, sondern bloss, ob derse
fragt: Hat er das Christen
Staatsmann, oder aus Ueberze
Würde desselben vorgezogen?
Religion einsehen und annehm
gen." Et ibid. p. 233.: „*Sein*
der Religion, die er bekannte
zu Folge aufrichtig, wenn sie auch die Hoffnung, seinen Vortheil bey ihr zu finden, befördert hatte; allein die Ausübung derselben war [ebendeshalb und aus ähnlichen Gründen] *sehr unvollkommen. Für einen rechtschaffenen Christen, der seiner Religion nicht allein Beifall giebt, sondern ihr auch gehorcht, that er zu wenig; für einen Heuchler hätte er zu viel gethan.*" Et magis etiam ad nostram sententiam accessit anonymus interpres operis GIBBONII p. 106.: „*Was konnte man sich — von solchen Christen verspre-*

16) Vide potissimum MANSO p. 178 sqq. p. 226 sqq. Sed huius quidem generis crimina quae Constantino obiiciuntur, vereor ne non satis probari possint. Vid. Denkschrift zur Ehrenrettung Constantins p. 35 sqq. cf. p. 23 sqq. et quae ipse animadverti ad V. C. IV, 4. not. 2.

chen, die z. B. von ihren Lehrern selbst in dem Wahn gelassen
ps in Sünden und Lastern hinge-
ch das Wasser der Taufe, gleich-
abgewaschen werden? [Cf. quae
I. T. H. p. 354 sqq.] *Wenn man*
Begriffen das Christenthum ange-
t V. C. IV, 61. not. 3. Constantin.
not. 13.]; *wenn man mehr darauf*
n einen rechtgläubigen, als
zu machen: so darf man sich ja
ndern äusserlichen Bekennern des
wenige Bezwingung seiner Leiden-
s System der christlichen Religion
grossen Vorzug desselben für den
nthums einsah; hiezu kamen noch
das Christenthum annehmlich
stantin ein Christ; vermuth-
er Christ, der wenigstens
istenthums aufrichtig und
Cf. Spittler Grundriss der Ge-
p. 79 sq.: *„Dass Constantin auch nach Annahme der christlichen Religion immer doch noch grausam, falsch, herrschsüchtig gewesen, beweist nicht, dass er sich nicht zur christlichen Religion bekannt habe, dass er nicht aus Ueberzeugung Christ geworden sey; wer weiss, was sich alles mit seinem Christenthum vertragen konnte?"*

Similiter si quis animi humani naturam vel paulum perspectam habeat, ille, praesertim si Constantinus ad bellum usque cum Maxentio gestum dubiae etiam et nullius religionis homo fuerit [17], Constantinum nullo modo repente et solo illo qualicunque insigniori quod Eusebius retulit, evento, sed potius lento gradu, varia causarum serie adiuvante, ad persuasionem de religionis Christianae veritate pervenisse existimabit [18]. Inter quas quidem causas praeter leviores illas rationes quae Constantini animum religioni Christianae conciliarunt, superius (p. 515.) iam commemoratas et insignius illud eventum cuius Eusebius mentionem fecit, retulerim in primis severiorem Christianorum vitae disciplinam eorumque promtam et invictam magistratui civili et vel tyrannis obediendi facilitatem et patientiam [19]), suaves et blandas quibus episcopi Con-

---

17) Vid. Mosheim. commentt. p. 951 sqq. p. 971. Cf. Vales. ad V. C. IV, 62. not. 4. Cellar. et Arntzen. ad incerti panegyr. VIII. 2, 2. in Panegyr. vett. T. I. p. 482 sq. ed. Jaeg. et supra p. 509 sq.

18) Cf. Spanhem. histor. eccl. saecul. IV. p. 822.: *„Conversio eius (Constantini) processit per gradus, et deus tantum opus perfecit ab exiguis initiis. — Sufficit confirmationem fuisse successu temporis declaratamque egregiis monumentis."* Kist. disp. p. 20 sqq.

19) Vid. Du Pin de antiqua eccles. disciplina dissert. VII. §. III. p. 465 sqq.

stantin
peccata,
Constan
et; solus
zonami
Cf. Bar
menti. p
commen
impugna
argumen
tionis fi
christian
sed mul
stianos
auctorit
nostri e
ipsa mir
quae mi
rem, ta
adoptan
stianam

Die Bekehrung des Kaisers Constantin aus dem Englischen des Edw. Gibbon übers. p. 18 sqq. *„Nutzen und Schönheit der christlichen Moral.“* ibid. p. 20 sqq. (Uebersetzung v. Schreiter T. IV. p. 364 sqq.). *„Besonders der Lehre vom duldenden Gehorsam.“* Cf. Henke Geschichte der christlichen Kirche T. I. p. 194 sq. et nos ad V. C. IV, 45. not. 8. et in Addendis ad p. 375. not. 11.

20) Vid. Gibbon l. l. p. 32. p. 52 sqq. (T. IV. p. 396 sq.): *„Lactanz, der die Gebote des Evangelii mit einer Ciceronianischen Beredsamkeit ausschmückte, und Eusebius, der die griechische Gelehrsamkeit und Philosophie auf die Religion anwandte, wurden beyde in die Freundschaft und den vertrauten Umgang ihres Herrn aufgenommen, und diese geschickten Meister in Streitigkeiten konnten ganz geduldig die stillen und schicklichen Augenblicke abwarten, in welchen sie ihn überzeugten* [hanc Gibbonii vocem animadverti velim], *und die Beweisgründe, welche sich am besten für seine Einsicht und seinen Character schickten, anbringen konnten.“* Manso p. 117 sq.

21) Vid. Zosim. hist. II, 29. Cf. Sozom. H. E. I, 5. Iulian. caesar. p. 336. Evagr. H. E. III, 40. 41. et nos p. 518.

22) Hoc si reputare vel voluisset vel potuisset scriptor commentationis: Denkschrift zur Ehrenrettung Constantins des Grossen p. 89 sqq., illud Zosimi hac in causa testimonium vix, credo, *ridiculum* appellasset. Cf. Baumgarten Auszug der Kirchengeschichte T. II. p. 707. 714. Die Bekehrung des Kaiser Constantin aus dem Englischen des Edw. Gibbon übers. p. 63 sqq. Praeterea cf. V. C. IV, 61. Augustin. confess. II, 7. 1. 2., ubi confitetur ipse Augustinus, gratiam divinam per Christum paratam *omnia peccata sua tanquam glaciem solvisse et iisdem peccatorum languoribus ipsum exuisse quibus antea implicasset.* Neque quisquam facile falsum esse demonstrabit, quamvis acerbius, Semleri dictum in apocryphis quae ipse vocavit, pronuntiatum: *junge Huren, alte Betschwestern; junge Wüstlinge, alte Mystiker.*

ista narratione, inest, quod ob eam Zosimo utique fidem conciliare possit. Non enim subito religionem mutavit imperator, sed sensim a caeremoniis maiorum defecit, ita ut primum, in christianorum plebem mitigatus, ab iniuriis eam tueretur, deinde, — christianus factus magis magisque — desertor sacrorum gentilium fieret, et palam, quid de religionibus sentiret, legibus promulgatis declararet. *Ita lentus ille et occultus imperatoris ad cultum divinum transitus variis hominum sententiis et narrationibus locum dare potuit, ut alii maturius, alii paullo serius Constantinum christianorum numero accenserent.* Quae igitur Zosimi potest esse reprehensio, si postquam legibus pro christianis latis de Constantini ad religionem christianam accessu publice constare coepit, eo tempore eum defecisse a ritibus patriis scribit, id quod ab anno 324 Licinnio e medio sublato — factum esse constat (vid. Moshemii Inst. H. Eccl. saec. IV.). — Verum alia eum premit difficultas. — Etenim cum non victo Licinnio, quod a. 324 factum, sed commissa Faustae et Crispi caede, adeoque a. 326 expiationem imperator petiisse, et negata ea, ad Christianos transiisse dicatur, manifestum est, mutationem illam sacrorum nimis sero a Zosimo tradi, quum anno iam superiore 325 Constantinus ordinandis rebus Christianorum inprimis in concilio Nicaeno operam dederit. *Concidet igitur aut vacillabit fides eorum, quae Zosimus hoc loco tradidit, nisi ea ita accipi et explicari velimus, ut statuamus, Constantinum, iamdudum ab aliquo Christiano ad ipsius religionem pellectum, ubi necessariis necatis animus eius excruciaretur, quasi desperatis rebus, conscientiae doloribus sedandis opem a patriis ritibus petiisse, spe lustrationis autem adipiscendae destitutum, christianorum fidei totum se in posterum dedidisse.*" Manso p. 119 sq. Neander l. l. p. 59 sqq.

Iam vero quamvis haec ita sint, tamen ne haec quidem simulatam fuisse Constantini conversionem docere, affirmabit qui non solum nihil repugnare sed etiam plura favere nobiscum censeat sententiae nostrae, Constantinum vel per leviores et perversiores rationes vere sibi de religionis Christianae veritate et dignitate persuasisse. Cf. Die Bekehrung des Kaisers Constantins aus dem Englischen des Edw. Gibbon übers. p. 55.: „*Es findet sich auch darinn nichts Unglaubliches, dass ein ungelehrter Kriegsmann dem Gewichte einer Evidenz nachgegeben habe, welche noch in weit aufgeklärtern Zeiten die Vernunft eines Grotius, eines Pascals und eines Locke befriediget und sich unterworfen hat.*" Quamvis igitur rei ipsius vis ac natura impediat, ne quasi Pythius Apollo ea quae de Constantino adhuc dixero, certa esse et fixa affirmem, sed potius veri tantum similia et probabilia esse concedam, tamen non posse recte dici Constantinum ad religionem Christianam amplectendam politicis aliisve rationibus ita esse commotum, ut illam religionem veram esse ipse sibi non persuasisset, neque illas rationes et persuasionem Constantini tanquam res sibi plane contrarias et a se invicem separatas ac disiunctas opponi,

quā potius li
tiois reliqu
tium multu
habuisse, v
modo equid
scripsit Ste
p. 79. edit.
Beweggrün
eines König
et Martini
religion im
„Hat sich
thums, un
sichten des
Staats leit
heit und l
Schritte be
und Feder
scharfsinnig
beantwortet
der Beschai
ein unbedin
möchte es si
die einer m
die Denkun
rascher Zuversicht zu bestimmen? Wenn man indessen mit einigen Kenntnissen der menschlichen Natur das ganze Betragen Constantins prüfend und nachdenkend überschaut; so lässt sich mit grosser Wahrscheinlichkeit behaupten, dass ***mehr als eine Triebfeder*** *sein Verfahren bestimmte, dass* ***Politik und Neigung, Staatsklugheit und Ueberzeugung*** *gleich vielen Antheil daran hatten* [23]).“

---

23) Verius et meae sententiae convenientius scriptum esse vidi in Denkschrift zur Ehrenrettung Constantins p. 51.: „*In wie weit er* (Constantin) — *die Herrscherzwecke bei Seite gesetzt, blos als Mensch betrachtet, seiner frühe in ihm rege gewordenen Vorneigung für die Christen Gehör gab,* ***hatte die Gesinnung wirklichen Antheil an seinem Betragen.*** *Es wurde ihm diessfalls ein Glück, dessen die Fürsten oft entbehren müssen, zu Theil, dass* ***die Forderungen der Politik,*** *und* ***die Andeutungen seines Herzens sich freundschaftlich begegneten.***“ Ex in similem sententiam Kist. disp. p. 39.: „*Universe, inquit, statuendum videtur, celebrata a multis politica Constantini M. consilia, quibus eum ad sacra Christiana accessisse, hodie plurimi volunt, quaerenda esse potius in ratione, qua, sive antiquam religionem aggredi et debilitare, seu Christianam firmare et stabilire, instituit, quam ex eo repetenda, quod ipse huic* (Christianae) *se religioni addiceret.*“ Sed pro illis: „*quod ipse huic se religioni addiceret*“ ex sua ipsius sententia Kistium scribere aut voluisse aut debuisse puto: „*quod ipse*

Denique vero inde quod in vitae demum exitu baptismo accepto publice inter Christianos Constantinus receptus est, eum antea non ex animo Christianum fuisse, nemo colliget. Vid. V. C. IV, 61. not. 4. Moshem. p. 966 sqq. Schroeckii V. p. 148 sq. Denkschrift zur Ehrenrettung Constantins p. 90 sqq.

His ita de ratione qua Constantinus ad sacra Christiana se converterit, disputatis, facilius iam de mira illa narratione Eusebii (I, 28. 29.) ferri posse videtur iudicium. Ut enim miraculo Constantinum a superstitione gentili avocatum esse, nemo facile hac aetate adhuc credet[24]) Eusebio et qui eum secuti sunt, ita totam Eusebii narrationem pro falsa et fabulosa habendam esse, non magis equidem censere possum, sed quamvis vel Constantinum vel Eusebium deceptos, falsa veris, miraculosa naturalibus admiscentes et miraculosa referre voluisse appareat, ita ut quae illi de facto ipso indicaverunt, diligenter separanda sint ab iis quae vere facta sint, „*non tamen*, ut loquar cum Kistio l. l. p. 27., cui certe in rei summa assentior, *coeleste visum ac somnium Constantini, commentum putaverim vel fraudem*[25]); *in illa vero narratione animi, ante hoc tempus in Christianam religionem proni* [vel certe inter gentilem et Christianam fluctuantis de quo cf. supra not. 17.] *indicia mihi invenire videor. Singulare autem quid apparuisse* [quod quidem quale revera fuerit, adhuc quidem facilius conici quam probari potest], *scriptorum gentilium*[26]) *simul et Christianorum testimonia probant.*" Addit autem Kistius: „*Verisimillimum igitur videtur, insuetum quid in coelo adspexisse Constantinum, quod, cum explicare non posset, ostentum habuit. Nisi cruci simile quodammodo fuerit phaenomenon, certe imperatoris phantasia, cum ad Christianam religionem maxime animum intenderat, illud, quod Christianis sanctum esse solebat, signum videre sibi visa fuit; bonum autem victoriae omen accepisse, imperator se credidit, quia victoriae cogitatio animum tenebat. Militibus etiam, quos signum illud vidisse quoque testatur* [cf. Moshem. commentt. p. 982.], *grata haec narratio fuit, cum et*

---

huic se religioni non addiceret." Quanquam in Erratis nihil monitum deprehendi. Cf. supra p. 518.

24) Vide quae contra disputarunt Chauffepie dictionaire critique T. IV. p. 6 — 11. Moshem. commentt. p. 983 sqq. Schroeckh V. p. 71 sqq. Manso p. 82 sqq. et ante illos F. Hoornbeek in comment. ad bullam Urban. VIII. de imagg. p. 182. Oiselius in thesaur. numismm. antiqq. p. 663. Tollius ad Lactant. M. P. c. XLIV., alii.

25) Nec Eusebium nec Constantinum fraudis hac in re facilius convinci posse, satis intelligi potest ex iis quae scripserunt Moshem. l. l. p. 982 sqq. p. 986. et Schroeckh V. p. 81 sqq. Cf. Moeller. de fide Euseb. C. p. 100 sq.

26) Vid. Nazar. paneg. c XIV. XV. Eumen. paneg. c. XXI, 4. et Iaeger. ad h. l. Baunius ad incerti panegyr. VIII. 2, 4. in Panegyr. vett. T. I. p. 484. ed. Jaeg., I. C. Wernsdorf. de viso Constantini M. in Stosh. Muser crit. Vol. II. Fasc. II. p. 131. et Denkschrift zur Ehrenrettung Constantins p. 57 sqq.

spei novum quid adeptae erant; et, instante bello, omnibus moveri facile solent militum animi. Constantinum autem ulterius imaginatio sua decepit. Coelesti enim visu, vehementer animo motus, atque crucem Christumque mente perpetuo volvens, proxima nocte, ipsum Christum salutari cum signo ad se venientem somniavit. Quod somnium, cum simul studia prodat, quae militare imperatoris ingenium monstrant, luculenter cuncta ostendere videtur, quae maxime Constantini cepissent animum eumque tenerent." Cf. Die Bekehrung Constantins aus dem Engl. des Edw. Gibbon übers. p. 43.: „*Betrachtet man den Traum des Constantins insbesondere: so lässt sich derselbe ganz natürlich, — aus — dem Enthusiasmus des Kaisers erklären. Da seine Aengstlichkeit, wegen des herannahenden Tages, der das Schicksal des Reichs entscheiden sollte, durch einen kurzen und unruhigen Schlummer unterbrochen wurde: so konnte die ehrwürdige Gestalt* C h r i s t i *und das wohlbekannte Sinnbild seiner Religion sich der lebhaften Phantasie eines Prinzen, der den Namen des Gottes der Christen schon verehrte, vielleicht auch heimlich seine Macht um Hülfe anflehte, von selbst aufdringen."* Neander Denkwürdigkeiten T. II. p. 13 sq. Geschichte der christl. Religion u. Kirche T. II. P. I. p. 21 sq. 27)

Neque vero totius narrationis Eusebianae fides eo tollitur, quod diversae sunt veterum de loco ac tempore quo Constantino M. coeleste illud signum apparuerit, sententiae 28), neque si quid in oratione Eusebii inesset ambigui et obscuri. Ita cum iam Valesius fluctuasset in explicatione verborum cap. XXVIII. ἀμφὶ μεσημβρινὰς ἡλίου ὥρας, ἤδη ἡμέρας ἀποκλινούσης, quaerit ipse Manso p. 85. not. o.: „*Was sollen z. B. c. 28. die Worte heissen, welche die Tageszeit der Lufterscheinung bestimmen? Unmöglich doch, wie Stroth erklärt:* I n d e n s ü d l i c h e n G e g e n d e n d e s H i m m e l s, N a c h m i t t a g s g e g e n d r e y U h r.*"* Sed ut perperam Strothius 29), ita recte, quidquid contradicat Valesius et Manso dubitet, interpretatus est locum iam Nicephorus (VII, 29.) et qui eum secutus est Portesius: „*Sub meridiem, inclinante iam die*" et accuratius etiam ipse Vales.: „*Horis diei meridianis, sole in occasum vergente.*" Eusebius enim, id quod vel Strothius vidit (cf. not. 29.), verbis illis ἀμφὶ μεσημβρινὰς ἡλίου ὥρας

---

27) Conferri quoque velim quae de repentina Sauli ad doctrinam Christianam conversione disputavit Ammon. opuscc. theoll. p. 1 sqq. p. 16 sqq.

28) Vid. Mosheim. p. 978 sq. Manso p. 85. not. n.

29) Inepte et contra omnem linguae usum vertisse Strothium, nemo non concedet verba illa: „*Um die Zeit, wo die Sonne noch im Mittag stand, des Nachmittags*", his ad h. l. p. 179. not. 4. adiectis: „*Die ersten Worte verstehe ich von der* W e l t g e g e n d, *worin die Sonne steht; und da kann man sagen, dass sie von 9 Uhr Vormittags im Süden, oder im Mittag stehe. Mithin stehn die letztern Worte* ἡμέρας ἀποκλ. *keineswegs im Widerspruch, sondern sie sind vielmehr eine nähere Bestimmung derselben.*"

nondum satis definivisse sibi videbatur et reapse non satis definiverat tempus quo Constantino M. oblata sit visio. Nam secundum illa verba intra totum illud horarum spatium quod meridiei deputatur, sive horas meridianas eas dictas esse putes quae propriae ita dicuntur Augustino, id est, quintam usque ad nonam, ut Valesius animadvertit, sive ulterius etiam extendere velis meridiei spatium, ita ut horam tertiam et sequentes usque ad solis occasum significatas esse credas, quavis illarum horarum neque minus tertia, quam quarta, quinta, sexta visio illa accidisse poterat. Itaque addidit Eusebius: *τῆς ἡμέρας ἀποκλινούσης*, id est, *paulo ante solis occasum*, quo ipso quamvis nondum accuratissime significaverit tempus, tamen ne iusto prius visionem Constantinum habuisse putemus, monemur. Hinc post vocem *ὥρας* comma collocandum duxi; quod apud Socrat. H. E. I, 2. p. 7. ed. Reading. recte collocavit ipse Valesius [30]).

Sed redeat iam unde nonnihil deflexit oratio nostra. Animadvertendum enim illud quoque inprimis est, nostrae de Eusebii narratione sententiae nec obstare, quod contra Fabricium qui crucem lucidam in halone solari cum parheliis a Constantino visam esse, non solum ingeniose conieoit sed in ipso Eusebio hanc suam coniecturam quaesivit et invenit (vid. Bibl. Graec. T. VI. p. 703 sqq.), recte monuit Manso p. 83. et monendum est similiter contra omnes qui sequuntur Fabricium [31]): „*Offenbar ist auch hier eingetreten,*

---

30) Cf. Neander Geschichte der christl. Rel. u. Kirche T. II. P. I. p. 14. not. 2.: „*Die dunkeln (?) Worte des Eusebius: ἀμφὶ μεσημβρινὰς ἡλίου ὥρας, ἤδη τῆς ἡμέρας ἀποκλινούσης, sind doch am natürlichsten so zu verstehen, dass das Zweite eine Einschränkung des Ersteren enthalte.*" Unde quemadmodum patet, Neandrum quae sit vera verborum Eusebii interpretatio, suspicatum esse et recte post verbum ὥρας interpunxisse, ita ei de interpretatione illa non satis constitisse. Nostram vero interpretationem veram esse quo magis intelligatur, praeter cap. XXIX. Eusebii vid. Herodot. IV, 81, 60. p. 891. ed. Wesseling. τυγχάνει δὲ καὶ ἄλλο σφι ὕδωρ κρηναῖον ἐόν. τὸ τὸν μὲν ὄρθρον, γίνεται χλιαρόν, ἀγορῆς δὲ πληθυούσης ψυχρότερον· μεσαμβρίη τέ ἐστι, καὶ τὸ κάρτα γίνεται ψυχρόν· τηνικαῦτα δὲ ἄρδουσι τοὺς κήπους· ἀποκλινομένης δὲ τῆς ἡμέρας ὑπίεται τοῦ ψυχροῦ, ἐς οὗ δύνει τε ὁ ἥλιος, καὶ τὸ ὕδωρ γίνεται χλιαρόν. Inde enim non solum per se minus definitum esse illud Eusebii ἀμφὶ μεσημβρινὰς ἡλίου ὥρας,
...τοκλινούσης ἡμέρας significare *paulo ante solis occasum*
ante die), luculenter apparet. Cf. Valckenar. ad h. l.
...νούσης δ. τῆς ἡμ.] Mutari non debet: III, c. 104, ἀπο-
...ἧς μεσημβρίης *sole a meridie devexo*, vulgo *sol in*
...atus κλίνειν dicitur: vide *Lucae* Ev. IX, 12. et *Wetsten.*
T. Vol. I. p. 849. ed. II. Neque minus iam patebit,
...rbis ἀμφὶ — ἀποκλινούσης brevius dicere potuisse Euse-
...ερι τῆς ἡμέρας, ut Vales. opinatus est, quamvis Euse-
...luisset, pro verbis ἀμφὶ μεσημβρινὰς ἡλίου ὥρας scribere
...t ἀμφὶ μεσημβρίαν quod ipsum scripsit Sozomen. H. E.
...non minus male comma omisit Val. quam nostro loco.
... IV, 64., ubi Constantinus mortuus esse dicitur ἀμφὶ
...ν ὥρας.

3[1]) ...n KG. T. V. p. 83 sq. Denkschrift zur Ehrenrettung

was bey allen natürlichen Erklärungen von Wundern stets eingetreten ist und stets eintreten wird. Um sie in die Sphäre des Begreiflichen herabzuziehn, muss man sich entweder Deutungen erlauben, die wunderbarer sind als das Wunder selbst, welches man deuten will, oder zu gezwungenen Auslegungen, und selbst Verunstaltungen der Begebenheit seine Zuflucht nehmen." Et ibid. not. 1.: „*Wer wollte seinen Verstand nicht lieber unter dem Gehorsam des Glaubens gefangen nehmen, als sich unter den Zwang solcher Auflösungen beugen*[32])*!*" Namque ego quidem, quemadmodum omnem de miraculo quod Constantino revera acciderit, cogitationem ineptam duco et naturale potius illud *φαινόμενον* atque ipsum eiusmodi quale FABRICIUS aliique voluerunt, vel simile fuisse, facile largior [33]), ita Constantinum quidem et Eusebium pro miraculo illud habuisse et miraculum referre voluisse, affirmavi atque affirmo. Itaque minime assentior SCHROECKHIO (T. V. p. 83 sq.), qui praeeunte FABRICIO haec scripsit: „*Dazu kommt, dass der Ausdruck, dessen sich Eusebius bedient* (*γραφή*), *ebensowohl ein Gemählde oder Bild, als eine Ueberschrift anzeigt, und seine Worte also auch die Uebersetzung leiden würden: mit einem um das Kreuz herumgehenden Bilde, (einer Krone), welches soviel sagte, als: Hiedurch sollst du überwinden! Hat gleich diese Erklärung auch ihre Schwierigkeiten, so sind sie doch nicht so gross, als bey den übrigen: und das Ungewöhnliche in der Schreibart des Eusebius, das sie voraussetzt, schickt sich nicht übel für den lobrednerischschwülstigen Ton in seiner Lebensbeschreibung Constantins, und für diese Geschichte selbst. Da diese so verworren ist; so verträgt sie desto leichter (?) ergänzende Muthmassungen.*" Et confidentius etiam E. F. WERNSDORF. de Constantini M. religione paschali p. 5 sq. not.: „Id tam-

Constantins p. 62 sq. Cf. I. ANDR. SCHMID de luna in cruce visa, Ien. 1681. 4. HENKE de figurato dicendi genere fonte multarum in historia Christi fabularum, Helmst. 1788. 4.

32) Cf. quae disserui in Excurs. II.
Similiter GIBBON in eo quod disq
coelesti imperatori oblato sigilla
quidem totus discedit qui illa arc

33) Hoc quidem et nihil aliud si
tationis: Denkschrift zur Ehrenr
magnopere ab eo dissentirem. I
lehrten werden nun voraus ve
welche I. Albert Fabricius ins N
sche Lichterscheinung ins Gebie
meinigen mache. Ich finde wir
schämen. Manchen missfiel sie
weil sie ihnen zu sinnreich schi
leidigen Blick auf sie, weil ma
bringen zu wollen, den hoffnung
logen zuzählt."

tum, inquit, in praesenti adnotandum, quum quidam *ridicule* nescio quas graecas litteras coelo inscriptas, vel stellarum ad litteras compositionem in hoc visu somniaverint; Eusebium (?), quando scribit, *συνῆφθαι γραφὴν, λέγουσαν τούτῳ νίκα*, dicere, adiunctam fuisse *picturam* vel *figuram*, *indicantem*, in hoc ipso esse vincendum." Denique scriptor anonymus in: Denkschrift zur Ehrenrettung Constantins p. 62 sq. (cf. nott. 31. 33.) haec attulit: „*Allein so sehr sich die sämmtlichen Angaben vereinen, das genannte Phänomen zu bezeugen, so geht doch alles wieder zu Trümmern an den Worten: Damit überwinde. Wer hätte je Buchstaben und Worte in einem Meteor gesehn? Die erhitzteste Einbildungskraft könnte nicht ausreichen, die Züge zu Buchstaben und endlich zu Worten in den Kreisen und Bogenstücken der Parhelien zu finden. Aber sind es auch Buchstaben, oder Schriftzüge gewesen? Der Kaiser sah γραφην, Schrift: συνηφθαι γραφην λεγουσαν; allein γραφη ist auch eine Zeichnung, ein Gemälde: sagend durch dieses überwinde. Man stosse sich nicht an dem Worte λεγειν; es kommt unzählige Male* (??) *bei den Alten für αινιττειν, Andeuten vor. — — Diese Zusätze und Verbildungen der Zeit* [34]) *bei Seite gelegt, können wir uns einzig an Eusebius halten, der den eignen Ausdruck aus dem Munde Constantins aufgefasst, und am meisten annähernd wieder gegeben hat. Dieser aber enthält durchaus nichts* (??), *was uns unbedingt an Buchstaben und Schrift bände. Ein Gemälde im wahren Sinn, im ganzen Farbenglanze des Regenbogens bieten uns die Züge des Meteors an jenen Stellen dar, wo es seine volle Pracht entwickelt. An dem Orte seines grössten Schimmers müssen wir die malerische Andeutung des Siegs aufsuchen. Der Kranz war von Alters und jeher Zeichen des Siegs* [35])*: wo er am herrlichsten leuchtet, ist der Sieg. Es ist zuweilen der Kreis, der die wahre Sonne umgiebt; meist aber jener Kreis, der senkrecht über derselben aufsteigt, der ausgezeichnetste im Farbenspiel. Im ersten Parhelion, dessen Abbildung wir gegeben haben, ist das X oder das Kreuz im grössten Kreise senkrecht über der Sonne; in dem Phänomen, von Casp. Büssing beschrieben, ist das Kreuz im Kreise der wahren Sonne. In jedem Falle, wo sich die grösste Beleuchtung hervorgethan haben mag, ist das Kreuz in Verbindung mit dem gemalten Siegeskranze: im ersten macht es gleichsam den Schluss, und hält den Siegeskranz zusammen; im andern ist es ganz von dem Kreuze umgeben. Jedes dieser himmlischen Gemälde, was konnte es wohl anders sagen, als: Werde sieghaft durch das Kreuz?*" Cf. p. 61. *), ubi *παρηλίων* qui nuperrime a. 1829. XV. die mens. Maii sub VI.

---

34) Vide quos laudat V. D., Socrat. H. E. I, 2. Philostorg. I, 6. Eutychii annall. T. I. p. 422 sq. Cf. Taki — eddini Makrizii histor. Copt. christ. p. 80 sq. ed. Wetzer.

35) Cf. Plin. H. N. II, 28. Philostorg. III, 26.

horam vespertinam apparuerint Presburgi, mentio iniecta est. Priestley Geschichte der Optik, übersetzt v. Klügel T. I. Sect. XI. p. 443. Platte XIII. n. 109. p. 448. Platte XIII. n. 110. Quibus quidem cur de Eusebio non suffragari possim, brevissime dictum sit. Quamvis enim interpretatio illa verborum Eusebii *συνῆφθαι γραφὴν, λέγουσαν τούτῳ νίκα* a Fabricio primum allata per solum linguae usum et Eusebii dicendi genus fortasse ferri possit [36]), qui sane non minus saepe inepte quam apte, non minus insolenter quam usitate in his ipsis quos de vita Constantini M. scripsit, libris loquitur, ut in animadversionibus nostris iam observavimus [37]), tamen verba illa ad sensum illum non sine machinis quibusdam detorqueri posse, omnis Eusebianae orationis tenor et reliqua oratio ipsa demonstrat [38]), neque is est Eusebius qui non miracula facile quaesiverit atque invenerit [39]).

Sed de nostra quidem sententia illud unum addendum videtur, quamvis inde quod post visionem Constantino oblatam plura cum signo crucis ab imperatore aliisque instituta sint, minime quidquam colligi possit ad totam Eusebianae narrationis fidem probandam [40]), et diutius ante Constantini tempora talia iam in usu fuisse concedam, tamen et nummos Constantinianos in quibus rerum Christianarum significationes deprehunduntur, hoc in genere non prorsus negligendas esse [41]) et vim quam insignius illud qualecunque eventum in Constantini animum exercuerit, in multis quae postea ipse instituit, cerni posse [42]).

---

36) Ita de pictura dici vocem *γραφή*, docent Davisius ad Maxim. Tyr. orat. XXXII, 5. Valckenar. ad Eurip. Phoen. 181. b. ad Theocrit. Adoniaz. p. 373 sq Neque alio sensu usurpat illam ipse Eusebius V. C. III, 3. IV, 16. de laudd. Const. c. III. p. 420. c. VI. p. 429. 430. c. XI. *πολυχρώμους τε καὶ πολυανθεῖς γραφάς*. Vocabulum vero *λέγειν* pro *αἰνίττειν, δηλοῦν* Eusebium potuisse dicere, probari possit ex loco I, 32. *τίς τοῦ σημείου λόγος* = *τί ποτε εἴη τὸ φάσμα* I, 29., quid signi illius visio *sibi vellet*, interp. Vales. Cf. Aelian. V. H. VI, 11 ext. Callimach. fragm. 271. Salmasius ad Spartian. p. 41. Sed hoc nescio unde noverit scriptor dissertationis: Denkschrift zur Ehrenrettung Constantins loco supra laudato, *infinitis* locis ita vocabulum *λέγειν* inveniri. Ipse certe ne unum quidem locum attulit.

37) Vid. V. C. I. prooem. not. 5. Cf. de laudd. Const. prolog. *) et c. IX. not. 2.

38) Vide verba: *Ἀνεκαλεῖτο δῆτα ἐν εὐχαῖς τοῦτον ἀντιβολῶν καὶ ποτνιώμενος, φῆναι αὐτῷ ἑαυτὸν ὅστις εἴη, καὶ — ἐπορέξαι· εὐχομένῳ δὲ ταῦτα — θεοσημεία τις ἐπιφαίνεται παραδοξοτάτη κ. τ. λ.* et quae cap. XXIX. subsequuntur. Cf. Moshem. commentt. p. 985 sq.

39) Vide nos ad Euseb. H. E. II, 2. not. 4. II, 6. not. 8. III, 37. not. 4. VI, 11. not. 4. M. P. c. IX. nott. 15. 16. Excurs. II. T. III. p. 356. et ad V. C. III, 29. not. 1. de laudd. Const. c. XVIII.

40) Cf. Schroeckh T. V. p. 77 sq. Neander KG. T. II. P. I. p. 44 sq. not. 3.

41) Non sine laetitia vidi, ea quae monui contra Mansonem ad V. C. IV, 15. not. 4., magis etiam probata esse in: Denkschrift zur Ehrenrettung Constantins p. 66—69.

42) Cf. Kist. p. 62.: „Ut vero superstitiosa inter Christianos crucis veneratio obtineret, maxime ansam praebuisse videtur, cum *visio Constantini*, tum de inventa Christi cruce narratio. *Prius enim, quantam in*

EXCURSUS II.

AD

EUSEB. V. C. II, 68—72.

Praestantissima et vere aurea Constantini dicta quae in causa Ariana ab eo prolata legimus potissimum II, 68—72. coll. III, 10. 12. 13. 16—21. 23., ut semper valuissent in Christiana ecclesia et ab ipso Constantino constanter servata essent (cf. III, 64—66. Excurs. I. p. 509. p. 511. not. 7. p. 516.), quis tandem, quaeso, qui audet sapere, non magnopere optaverit? Verissime enim ZIEGLER Versuch einer pragmatischen Geschichte der kirchlichen Verfassungsformen p. 358 sq. haec scripsit: „*Der Menschenfreund muss es bedauern, dass die herrlichen Maximen, welche Constantin in einem Briefe vom Jahr 324 an den Alexander und Arius zu Alexandrien* [II, 67.] *über die Verschiedenheit der Denkart in Glaubenssachen äussert, so bald vergessen wurden. Sie gründen sich so sehr auf die Natur des menschlichen Gemüths und den ächten Geist der christlichen Religion, dass die Welt gewiss mit allen Religionsedicten, Verketzerungen und Verfolgungen verschont geblieben wäre, wenn man beyde Hauptpunkte lebhaft vor Augen gehabt hätte. Da solche goldne Sprüche nicht oft genug beherzigt werden können; so mag es mir erlaubt seyn, einiges aus diesem Briefe hieher zu setzen.*“ Quibus quidem ex cap. LXXI. allatis ZIEGLER. l. l. p. 359. ita pergit: „*Es kann kein Regent über die Zänkereyen der Theologen wegen Glaubenslehren vernünftiger urtheilen, als es hier Constantin that. Aber man denke sich auch die nachmahlige heillose Verketzerungsucht sammt den grausamen Verfolgungen beynahe funfzehn Jahrhunderte herab und man wird es mit Wehmuth bedauern, dass solche Hirtenbriefe nicht weiter vom Throne herab erschallten, und solche herrliche Maximen nicht weiter Platz greifen konnten.*“ Cf. STROTH. Uebersetzung T. II. p. 285. not. 4. ad verba imperatoris quae cap. LXIX. leguntur, *οὔτε ἐρωτᾷν ὑπὲρ τῶν τοιούτων* — —

---

ipsum Constantinum vim habuerit, in omni eius vita apparuit, nam ubivis superstitiosam crucis venerationem ostendit.“ Et not. 2.: „Ita post victum Maxentium Romae statuam posuit, cum inscriptione, quae huic signo victoriam tribuit. EUSEB. *V. C. I.* 40. Ita crucis tropaeo victorias suas acceptas retulit, *II:* 6—9. 16. *IV:* 5. signum quoque crucis in palatio posuit, *III:* 49. In militum clypeis atque numis insculpi iussit, *IV:* 21. cf. SOZOM. *I:* 8 *fin.* Hanc etiam causam fuisse, quare crucis supplicium abrogaverit, iudicare videtur AUR. VICTOR, *Caes.* c. 41.“ Add. V. C. II, 12. not. 2. III, 2. not. 3. de laud. Const. c. IX. *ὁ δὲ βασιλεὺς τὸ νικοποιὸν ἐκεῖνο σημεῖον* usque ad verba *στήλης ὑψηλῆς ἱδρύετο.* Cap. X. XVIII.

ἀποκρίνεσθαι [cf. paulo ante: ὅπερ ᾖ — παραδοῦναι προσῆκον ἦν]: „*Dies ist vom Kayser sehr vernünftig gesagt. Der Bischof hätte immer mögen sein Dogmatisiren und Arius sein Disputiren bleiben lassen. Wir sind dadurch im wahren Christenthum nicht um einen Schritt weiter gekommen. Vielmehr wäre unermessliches Unheil und unsägliche Spaltung vermieden worden. Da man doch jetzt den Schlagbaum* es ist ein Geheimniss *vorziehen muss, der den Geist im weitern Denken über Dinge, die er freylich nicht verstehen kann, ihm auch zu verstehn, hier auf Erden nicht nöthig sind, aufhält; warum hätte man diesen Schlagbaum nicht ein paar Schritte früher vorziehn können, wo sich der Weg noch nicht in Ab- und Scheidewege vertheilt hatte; wo man noch immer die klaren Worte der Bibel vor sich hatte, ohne Schlüsse zu machen, die vom Gegentheil nicht zugestanden werden? Warum sollte der Unterricht vom Vater, Sohn und Geist, so wie ihn die Bibel giebt, mit ihren eignen Worten, ohne menschlichen Commentar vorgetragen, unsern gemeinen Christen nicht hinreichend seyn? oder verstehn sie durch alle gelehrte dogmatische Erklärungen, mehr von dem Geheimnisse?*" STARCK Versuch einer Geschichte des Arianismus T. I. p. 250. MUENSCHER Handbuch der Dogmengeschichte T. III. p. 384 sq. not. 2. MANSO Leben Constantins p. 101.: „(In dem was Constantin zur Beilegung des Arianischen Streites that) *spricht sich nichts so kräftig und lebhaft aus als seine Liebe zum Frieden und eine* unbefangene höhere *Ansicht, die dem* kleinlichen *Zwecke und* ungestümen *Eifer der Geistlichkeit gegenüber, sich gar vortheilhaft ausnimmt.*" Contra orthodoxis Theologis litteras illas Constantini nunquam probatas esse, minime mirum est, quippe in quibus Arii eiusque doctrinae studiosior videretur, unde factum est ut ineptius Constantinum excusare conarentur, ubi nulla plane excusatione esset opus †). Neque recte inde quoque quod tam moderatum et

---

†) Vid. WALCH Entwurf einer vollständigen Historie der Ketzereien T. II.
p. 458. p. 461. Cf. VALESIUS ad V. C.
liter ac Constantinus potissimum cap.
rebus divinis opinionum discrepantiar
convicit, Celso qui Christianos propter
et velut discissi essent, multitudinem t
contra Cels. III, p. 118. πρὸς τοῦτο
οὐ μὴ σπουδαῖά ἐστιν ἡ ἀρχὴ καὶ τῷ
διάφοροι. Quod postquam exemplis a
Mosis disciplina petitis illustravit Origer
σεμνόν τι ἐφάνη τοῖς ἀνθρώποις Χριστι
οἴεται, τοῖς ἀνδραποδωδεστέροις, ἀλλὰ
φιλολόγων, ἀναγκαίως ὑπέστησαν οὐ πά
νυν αἱρέσεις, ἀλλὰ διὰ τὸ σπουδά
ζεσμοῦ καὶ τῶν φιλολόγων πλ
διαφόρως ἐκδεξαμένων τοὺς ἱερ
θείους λόγους, τὸ, γενέσθαι αἱρέσ
των μὲν τὴν τοῦ λόγου ἀρχὴν,
ἀπό τινων πιθανότητων πρὸς τ

sobrium sese praestitit in causa Ariana Constantinus, collegit Manso l. l. p. 102., minime seriam fuisse Constantini ad sacra Christiana conversionem. Nam si vere atque ex animo probabat religionem Christianam Constantinus, cur tanto et tam laudabili studio causae Arianae interfuerit, longe facilius etiam intelligi et explicari potest quam si talis fuit qualem fuisse, Manso persuadere nobis voluit. Cf. Excurs. I. p. 510. Starck l. l. p. 241 sqq. Muenscher l. l. p. 386. not. 2.

Sed iam illud quoque animadvertendum duco, non magis probari posse, egregias illas litteras quas Constantinus teste Eusebio ad Alexandrum et Arium scripsit, a Constantino non vere profectas esse. Cum enim in aliis litteris quas Constantinus post synodum Nicaenam ad Alexandrinos dedit, tantum absit ut Alexandrum pariter atque Arium imperator obiurget et a rixis de ineptis quaestiunculis avocet, ut Arii opinionem tanquam diaboli fraudem de-

— — *Εἰ δὲ τοῦτ᾽ ἔχει ἀκολουθίαν, πῶς οὐχὶ ὁμοίως ὑπολογησόμεθα καὶ περὶ τῶν ἐν Χριστιανοῖς αἱρέσεων; περὶ ὧν πάνυ θαυμασίως ὁ Παῦλος εἰρηκέναι μοι δοκεῖ τὸ, Δεῖ γὰρ καὶ αἱρέσεις ἐν ὑμῖν εἶναι, ἵνα οἱ δόκιμοι φανεροὶ γίνωνται· ὡς γὰρ δόκιμος ἐν ἰατρικῇ, ὁ διὰ τὸ γυμνάσασθαι ἐν ποικίλαις αἱρέσεσι καὶ εὐγνωμόνως ἐξητακέναι τὰς πλείονας, ἑλόμενος τὴν διαφέρουσαν· καὶ ὡς ὁ πάνυ προκόπτων ἐν φιλοσοφίᾳ, ἀπὸ τοῦ πλείονα ἐγνωκέναι ἐγγυμνασάμενος αὐτοῖς, καὶ τῷ κρατήσαντι προσθέμενος λόγῳ, οὕτως εἴποιμ᾽ ἂν καὶ τὸν ἐπιμελῶς ἐνιδόντα ταῖς Ἰουδαϊσμοῦ καὶ Χριστιανισμοῦ αἱρέσεσι σοφώτατον Χριστιανὸν γενέσθαι.* Talium et similium effatorum quae in ipsorum patrum scriptis passim leguntur, utinam memores essent ii theologi, qui vel hac nostra aetate alios saepius propterea tantum ab ipsis dissentire quod, ut Origenes inquit, *σπουδάζουσι συνιέναι τὰ Χριστιανισμοῦ* et *διαφόρως ἐκδέχονται τοὺς ἅμα πᾶσι πιστευθέντας εἶναι θείους λόγους*, aut non volunt aut non possunt intelligere, sed evangelium quod libertatem affert, certis finibus adstringentes, mentem humanam in vincula coniicientes et *γράμματος*, non *πνεύματος ἑνότητα* praecipientes, eos qui sua ipsorum decreta non admittunt, Christianorum nomine indignos et ex ecclesia Christiana exturbandos esse, dictitant. Cf. vox Constantini II, 71. p. 139.: *ὁ μέγας ἡμῶν θεὸς, ὁ κοινὸς ἁπάντων σωτὴρ, κοινὸν ἅπασι τὸ φῶς ἐξέτεινεν.* Euseb. H. E. IV, 11. T. I. p. 322 sq. Symmachus epist. X, 61.: „*Eadem spectamus astra, commune coelum est, idem nos mundus involvit! Quid interest, qua quisque prudentia verum inquirat? Uno itinere non potest perveniri ad tam grande secretum.* Sed haec otiosorum disputatio est; *nos preces, non certamina offerimus.*" Rousseau Emile T. II. oeuvres T. IX. p. 81. Paris. 1828.: „*Des que les peuples se sont avisés de faire parler Dieu, chacun l'a fait parler à sa mode et lui a fait dire ce qu'il a voulu. Si l'on n'eût écouté que ce que Dieu dit au coeur de l'homme, il n'y auroit jamais eu qu'une religion sur la terre. — — Le culte que Dieu demande est celui du coeur; et celui-là, quand il est sincere, est toujours uniforme.*" P. 84.: „*S'il étoit une religion sur la terre hors de la quelle il n'y eût que peine éternelle, et qu'en quelque lieu du monde un seul mortel de bonne foi n'eût pas été frappé de son évidence, le Dieu de cette religion seroit le plus inique et le plus cruel des tyrannes.*" Loeffler kleine Schriften T. III. p. 148 sqq. Krug Briefe über die Perfektibilität der geoffenbarten Religion p. 164 sqq.

testetur, Alexandri doctrinam, a trecentis episcopis tanquam spiritu sancto comprobatam, laudibus celebret, fuerunt qui mira illarum epistolarum diversitate offensi, praeeunte SEVERINO BINIO apud MANSI collect. T. III. p. 945., Constantini ad Alexandrum et Arium litteras ab Eusebio vel Caesareensi vel Nicomediensi sive confictas sive corruptas esse suspicarentur. Sed ut taceam, vel Constantinum diverso tempore diversa ratione de lite Ariana iudicare vel litteras illas potius ab eo ad Alexandrinos datas, a fidei Nicaenae assecla corrumpi potuisse, ita ut iis Constantinus fortasse nihil nisi doctrinam Nicaenam in universum commendare et Arianae praeferre, neque vero hanc execrari et damnare voluerit, ut omittam, Nicomediensem Eusebium litteras ad Arium et Alexandrum scriptas confecisse, vel propterea improbabile esse, quod ille Arianae liti longe plus tribuit quam Constantinus in illis litteris (vid. JORTIN Anmerkungen zur Kirchenhistorie T. III. p. 55. SCHROECKH KG. T. V. p. 343.), satis illa opinio simul refutatur vel iis quae scripsit HOLZHAUSEN de fontibus quibus Socrates Sozomenus ac Theodoret. usi sunt p. 57 sq.: „*Verum quamvis episcoporum, et Arii doctrinam, et Nicaenam fidem sectantium, auctoritas Constantini animum haud raro regeret, illas epistolas utriusque partis episcopis tribuere eo licentius videtur, quandoquidem Constantinum, nemine instigante nisi rerum conditione, ita revera scripsisse, haud quaquam absonum est iudicare. Etenim quamvis illae epistolae diversissimae sint, in eo tamen ambae conveniunt, quod imperator — — litigantes ad pacem concordiamque omni modo cohortatur. Quo vehementius igitur Alexandrum, atque Arium a dissidiis, antequam invaluerit lis, deterreat, rem de qua ambigebant, levem atque inanem appellat. Post vero litem diremtam, ne denuo ad rixas congrediantur, fidem Nicaenam ut praestantissimam sanctissimamque celebrat.*“ Cf. MOELLER de fide Euseb. p. 43 sqq. HOLZHAUSEN l. l. p. 47 sq. Quanquam equidem hac in re minime opus esse puto, eiusmodi ad alios se demittendi et temporibus utendi calliditatem ac *συγκατάβασιν* Constantino tribuere. Cf. II, 68. not. 3. Excurs. I. p. 516. not. 14.

Denique addere quaedam placet h. l. de insigniori MANSONIS sententia. Nam omnes adeo et epistolae et orationes quas Constantino tribuit Eusebius, et ipsa ad coetum sanctorum oratio an vere sint Constantini, dubium videri possit legenti ea quae scripsit MANSO Leben Constantins p. 205.: „*Wären die Befehle, die seine* [Constantins] *Unterschrift tragen, und die Reden, die ihm Eusebius zuschreibt* [vid. IV, 29. 32. 55. cf. III, 12. III, 22-24.], *seine eigne Arbeit, so hätte man freylich den sichersten Maasstab zur Beurtheilung seiner wissenschaftlichen Bildung gefunden: allein das eine oder das andre im Ernst zu behaupten, dürfte sich schwerlich eine gesunde Critik verzeihen.*“ Et p. 279.: „*Nur ist die Frage, ob — — die Rede an die Versammlung der Heiligen nicht noch gar etwas mehr, als eine freye Bearbeitung der Lateinischen Urschrift, sey.*“ Verum enim vero primum ipse MANSO

de forma magis quam de materia scriptionum Constantinianarum valere suspicionem illam, quamvis non satis sibi constans profitetur l. l. p. 277 sq. his verbis: „*Mich dünkt, wenn man über den geschichtlichen Werth dieser vermeintlichen Urkunden ein richtiges Urtheil fällen wolle, so müsse man schlechterdings den Inhalt von der Einkleidung sorgfältig unterscheiden. Ich zweifle keinen Augenblick, dass wir in allem, was der Kaiser in öffentlichen Verordnungen erlaubt oder verbiethet, so wie in denjenigen, was er den Einzelnen brieflich aufträgt, oder wozu er diese und jene christliche Gemeinde ermahnt und auffordert, seine wahre Gesinnung lesen, und bezweifle es um so weniger, da die meisten dieser schriftlichen Urkunden einem Zeitraume angehören, wo seine Neigung zum Christenthume als entschieden angesehen werden muss. Aber schwerlich wird mich Jemand überreden, dass diese frömmelnde, oft spitzfindige, oft ganz mönchische Sprache die Sprache Constantins sey.*“ Quamvis igitur ponamus, res et sententias a Constantino prolatas episcoporum oratione quasi vestitas esse, tamen rerum et sententiarum a Constantino prolatarum fidem eo non tolli, ipse Manso l. l. aperte indicat. Sed ne hoc quidem probabile est, dictionem Constantini in illis litteris et orationibus valde immutatam et detortam esse. Vid. Holzhausen de fontibus quibus Socrates Sozomenus ac Theodoretus usi sunt p. 55 sq.: „*Negari non potest, in compluribus epistolis istam inanem fucatamque pietatem deprehendi, quae in Constantino ingenue instituto merito suspecta videtur Mansoni. Verum enim vero cum illae epistolae* [et orationes] *eo potissimum tempore exaratae sint, quo Constantinus, episcoporum, veluti Eusebiorum, Hosii aliorumque, consuetudine unice gavisus, ad eorum haud dubie magis magisque declinaret indolem, quod eius quamvis principis sermo episcopalem potius spiret dictionem, vix mirum videbitur* [cf. ipse Manso l. l. p. 117 sq.]. *Ideoque in Constantini epistolas* [et orationes] *episcoporum ei familiarium vim qualemcunque fuisse quanquam non utique negamus, id tamen quod doctissimus Manso efflagitat, ut quid sit episcoporum quidve imperatoris, distincte secernatur, dubium videtur aleaeque plenum.*“ Cf. Schroeckh christl. KG. T. V. p. 143 sqq. Moeller de fide Eus. p. 43.: „*fides Eusebii — — in Vita Constantini redit ad monumenta quae attulit. Horum vero integritatem et authentiam amplecti, atque in eis tanquam fide dignissimis vetustatis pignoribus acquiescere nobis suadent omnes rationes criticae.*“ Ibid. p. 82. Neque vero video quomodo Manso l. l. p. 278. opinionem suam inde firmari credere potuerit quod Eusebius II, 23. affirmet, litteras quasdam Constantini huius ipsius subscriptione instructas esse. Quis enim inde vel semper Constantinum subscriptione sua litteras suas instruxisse, vel sententias in illis litteris expressas, non suppeditasse sequi contendat? Cf. Moeller l. l. p. 99.: „Quando vero non ex αυτοψιᾳ enarrat (Eusebius), ad litteras vel testes eo frequentius provocat, quo minus temere sibi

tradi vel postulabat vel exspectabat. Et nescio an cupiditas, cuius in Vita Constantini non poterat non sibi conscius esse, bonum hunc tulerit fructum, ut in illo libro fidem suam tot literis tam publicis quam privatis adstruxerit. *Certe de orationibus Constantini disputans diserte testatur, se exempli causa unam eorum operi suo subiecisse, ne cui testimonium ipsius inanis fabula esse videretur (Vit. Const. L. IV. c. 32.). Alio in loco (V. C. L. II. 23.) duplex se in monumentis historiae suae inserendis secutum fuisse consilium asserit, primum ut ipsa exemplaria apud posteros perpetuo conservarentur, deinde ut narrationis fides ac veritas confirmaretur* (προς τ' αληθειας και των ἡμετερων διηγηματων πιστωσιν). *Nostrum autem neque examine authentiae monumentorum supersedisse, apparet ex verbis, quae superiora excipiunt: „„Descripta autem est*, ait interprete Valesio, (scil. ea Constantini lex, de qua sermo) *ex authentico exemplari legis Imperialis, quod apud nos servatur. Cui Principis manu adposita subscriptio, orationis nostrae veritatem tanquam sigillo quodam adstruit.*"" Neander Geschichte der christl. Religion und Kirche T. II. P. I. p. 12. not. 1. Denique si vel hoc concedamus, hanc illamve sententiam, certe Constantini ad sanctorum coetum orationi ab aliena manu adsutam esse, tamen illius integritatem et αὐθεντίαν maximam partem sartam tectam manere, intelligitur. Cf. Constant. ad sanctt. coet. c. XI. not. 8.

E X C U R S U S III.

AD

EUSEB. V. C. IV, 22.

Haud alienum est quaerere, quo sensu Eusebius de Constantino dixerit verba quae statim ab initio cap. XXII. leguntur: *οἷά τις μέτοχος ἱερῶν ὀργίων.* Valesius quidem vertit: „*utpote sacrorum mysteriorum particeps*", et Strothius: „*als ein Mitglied der heiligen Geheimnisse.*" Iam vero cum Constantinus sub vitae demum exitum baptizatus sit (vid. IV, 62.), hanc Valesii et Strothii interpretationem ita tantum defendi posse intelligitur, ut ἱερὰ ὄργια quorum *revera* Constantinus particeps factus sit, nec de baptismo quem nondum nactus erat, nec de eucharistia qua baptizatis tantum frui licebat, sed de sola *sacra mysteriorum Christianorum doctrina* dici h. l. existimetur. Vid. E. F. Wernsdorf. de Constantini M. religione paschali p. 23.: „Distinguebatur antiquitus prima festi paschalis, id quod eius diei proprium ac praecipuum habebatur, duabus rebus: una, quod adulti per vigiliam pluribus atque amplioribus cum ceremoniis baptizabantur; altera, quod au-

charistiae sollenniter communicabant omnes, quibus id libere atque commodum erat. *Quorum sacrorum religionis nostrae mysteriorum Constantinus eo quidem tempore particeps factus non est.* Neque enim per disciplinae ecclesiasticae leges sacramentum confirmationis accipere poterat, qui initiationis nondum accepisset, paucis demum ante mortem diebus Nicomediae per ipsum Eusebium nostrum [imo per Eusebium Nicomediensem] baptizatus. *Nam quod μέτοχος ἱερῶν ὀργίων dicitur, id non aliter accipiendum est, nisi eum sacrae mysteriorum Christianorum doctrinae participem fuisse.*" Cf. Augusti Denkwürdigkeiten aus der christl. Archaeologie T. I. p. 106.* p. 122.** T. VII. p. 172.

Sed vel hanc explicationem ut deseramus, plura suadent et postulant. Primum enim nemo non, credo, concedet, verba *ἱερὰ ὄργια* satis dure et insolenter de *sacra mysteriorum Christianorum doctrina* dicta fore. Deinde ipsa vox *οἷα* certe rarius apud prosae orationis scriptores significet *utpote*, *quippe*, sed potius rei vel hominis similitudinem designans et comparationem quandam institui indicans vertendum est *quasi*, *velut*. Itaque equidem ita potius existimo, verba *οἷά τις μέτοχος ἱερῶν ὀργίων* vertenda esse aut: „*quasi aliquis qui sacrorum mysteriorum particeps foret*" aut: „*quasi aliquis qui sacrorum mysteriorum particeps esset.*" Illud iam attulit Zorn. histor. eucharistiae infant. p. 218. Cf. V. C. IV, 17. not. 1. Simul autem observandum est, vocabulum *ὄργια* ex imitatione gentilium h. l. de Christianorum mysteriis et sacramentis, id est, de baptismo vel de coena sacra, vel de utroque simul dictum esse simili ratione qua paulo post *θείας ἱεροφαντίας ἐτελεῖτο* et c. XXIII. *οὕτω οὖν αὐτὸς τῷ ἑαυτοῦ ἱερᾶτο θεῷ* de quo vid. E. F. Wernsdorf. l. l. p. 15 sq.: „*Ἱεροφάντης* dicitur, quicunque sacra enarrat et docet. Ut apud Diog. Laert. *Vit. Philos.* l. II. in Aristippo c. VIII. n. XIIII. Athenis ita nominabantur antistites Eleusiniorum sacrorum, qui sacra Cereris tradebant et consignabant [Add. Vales. et nos ad Euseb. de laudib. Const. prolog. not. 7.]. *Atque hoc vocabulo, ut aliis multis ex gentilismo in Christianismum translatis, crebro usi sunt scriptores ecclesiastici.* Quomodo autem Constantinus M. hierophantae manus obierit, considerandum est. Eusebius nihil ait, nisi *τὴν ἄσκησιν*, qua alias usus esset, eum intendisse. Videtur ergo ipse, sacro codice in manus sumto, divinorum oraculorum interpretem egisse, iisque, qui aderant, preces praeivisse [Cf. Valesius ad V. C. IV, 22. not. 3.]. Nam liberos quidem suos et ipse quoque magnam partem divinis documentis imbuit, ut Eusebius testatur o. l. IIII. c. LII. p. 654. Itaque quod idem scriptor, postquam hierophantae munere Constantinum dixit functum esse, ita pergit eiusdem l. c. XXIII. *οὕτω οὖν αὐτὸς τῷ ἑαυτοῦ ἱερᾶτο θεῷ: non id de sacrificiis quibusdam a Constantino peractis intelligendum est, sed de institutione auditorum in praeceptis divinis, quorum lectione atque observatione, tum piis et sollemnibus precationum, ex vera in Christum fide proficiscentium, carminibus, omnia Christianorum sacrificia con-*

[illegible]." TENTZEL exercitt. selectt. P. II. p. 318. ZORN. hist. euchar. infant. p. 219 sq., qui tamen temere vocem *ὀργίων* non de Christianorum sed gentilium mysteriis dictam esse affirmavit, quod minime probat vocabulum *οἷα*; quippe quo hoc tantum significetur, Constantinum se ita gessisse *quasi* mysteriorum Christianorum jam particeps esset. Neque minus vocem *ἱεροφάντης* Christianae religioni
l. l. Vid.
T. I. p.
p. XIV.
sacra et
Baronius
liter in
tati sunt
43. p. 2
ubi VAL
nismo re
δ' ἀνα
τῶν μυ
διδασκαλο
ροφαντο
oraculis,
sacros
Ibid. cap
cap. III.
ἀσπαζόμ
την ἀγω
Ibid. c.
ἐπόπτην
c. XIX.
Οὔτε,
ὥστε κα
ατικώτε
c. XIX.
οὐδὲ τα
ὅλου κο
333. ed
Οὐ μυ
μερίζει
καὶ προ
ἔδωκας
locum W
mina sa
ciplinas
Manicha
lib. I. ad
cheticas
tus est

brandis. Τα Χριστιανων ὀργια και τεμενη τιμων ait Photius cod. 160. p. 336. Synesius epist. 137. pag. 469. Hypatiam nuncupat καθηγεμονα των φιλοσοφιας ὀργιων. Zacharias in Ammonio pag. 164. — Marinus in vita Procli c. 13. p. 30. — Heraclides allegor. p. 489. εἰ μη τις τας ὀλυμπιους Ὁμηρου τελετας ἱεροφαντησειε. Egregie laudat Constantius Imp. Themistium p. 20. προφητην των παλαιων και σοφων ανδρων και ἱεροφαντην των ἀδυτων τε και ἀνακτορων φιλοσοφιας." Starck tralatitia ex gentilismo in religionem Christianam, Regiomont. 1774. Schroeckh KG. T. V. p. 130 sq. Henke KG. T. I. p. 265. Creuzer Symbolik u. Mythologie der alten Völker T. IV. p. 419. p. 499 — 504. ed. II. De voce ἀνάκτορον quam et palatii (V. C. III, 15. 49.) et templi (vid. de laudd. Const. prolog. p. 409. c. IX. p. 449.) significatione usurpat Eusebius, vid. Olear. ad Philostrat. p. 600. Wernsdorf. ad Himer. ecl. I. p. 32. Valckenar. ad Herodot. IX, 65. Creuzer l. l. T. IV. pag. 334 sq. Alia autem et similia eiusmodi loquendi genera quibus veteres Christianorum doctores passim usi sunt, eorumque de genuini sacrificii natura praecepta vel unice vel simul ex ipsius N. T. scriptorum oratione ac doctrina et posse et debere repeti, non magis negari potest. Vid. Euseb. de laudd. Const. c. II. ext. αὐτῷ δὲ τὰ χαριστήρια τῷ τετιμηκότι — ἀποδίδωσιν οὐ κατὰ τοὺς παλαιούς, αἵμασι καὶ λύθροις τοὺς βασιλικοὺς οἴκους μιαίνων οὐδὲ καπνῷ καὶ πυρὶ — ἀπομειλισσόμενος· τὴν δ' αὐτῷ τῷ βασιλεῖ τῶν ὅλων προσφιλῆ καὶ χαρίεσσαν θυσίαν, αὐτὴν δηλαδὴ τὴν αὐτοῦ βασιλικὴν ψυχὴν καὶ τὸν νοῦν — ἀφιερῶν αὐτῷ· θυσία γὰρ αὕτη προσηνὴς αὐτῷ μόνη κ. τ. λ. et θύει δ' ἅτε ποιμὴν ἀγαθὸς οὐκ ἀρνῶν προτογόνων ῥέζων κλειτὰς ἑκατόμβας· τῶν — προσάγων. Matth. IX, 13. XII, 7. Hebr. XIII, 15. 16. 1 Petr. II, 5. 9. Apocal. I, 6. V, 10. XX, 6. et interpp. ad hh. ll., Lactant. institt. V, 19, 27 sqq. „Isti autem, cum ad sacrificandum veniunt, nihil intimum, nihil proprium diis suis offerunt, non integritatem mentis, non reverentiam, non timorem. Peractis itaque sacrificiis inanibus, omnem religionem in templo, et cum templo, sicut invenerant, relinquunt, nihilque ex eo neque afferunt, neque referunt. Inde est, quod eiusmodi religiones neque bonos facere possunt, neque firmae atque immutabiles esse. — — — Nostra vero religio eo firma est, et solida, et immutabilis, quia iustitiam docet, quia nobiscum semper est, quia tota in animo colentis est, *quia mentem ipsam pro sacrificio habet*; illic nihil exigitur aliud, quam sanguis pecudum, et fumus, et inepta libatio, hic bona mens, purum pectus, innocens vita — — At illi infelices — se pie sacrificasse opinantur, si cutem laverint, *tanquam libidines, intra pectus inclusas, ulli amnes abluant, aut ulla maria purificent*" etc. Ibid. VI, 24, 26 sqq. „Quisquis igitur his omnibus praeceptis coelestibus obtemperaverit, hic cultor est veri dei, *cuius sacrificia sunt mansuetudo animi, et vita innocens, et actus boni. Quae omnia qui exhibet, toties sacrificat, quoties bonum aliquid ac pium fecerit.* Deus enim non desiderat *victimam*

neque muti animalis, neque mortis ac sanguinis, sed hominis ac vitae. Ad quod sacrificium neque verbenis opus est, neque fibris, neque cespitibus, quae utique sunt vanissima, sed iis, quae de intimo pectore proferuntur. Itaque in *aram dei, quae vere maxima est, et quae in corde hominis collocata, coinquinari non potest sanguine, iustitia imponitur, patientia, fides, innocentia, castitas, abstinentia. Hic est verissimus ritus*" etc. Ibid. c. XXV, 1 sqq: „duo sunt quae offerri debeant, *donum et sacrificium*, donum in perpetuum, sacrificium in tempus. — — *Donum est integritas animi, sacrificium laus et hymnus*" etc. NEANDER Denkwürdigkeiten T. I. p. 292 sqq. p. 421 sqq. VALES. et nos ad Constantin. orat. ad sanctt. coet. c. XII. not. 9. *εὐχαριστίας θυσία*. Euseb. de laudd. Constantin. cap. XVI. not. 16., V. C. IV, 45. not. 7.

EXCURSUS IV.

AD

EUSEB. V. C. IV, 24.

Ut valde celebratum est et nobilitatum dictum illud Constantini:
ἀλλ' ὑμεῖς μὲν τῶν εἴσω τῆς ἐκκλησίας, ἐγὼ
θεοῦ καθεσταμένος ἐπίσκοπος ἂν εἴην, ita, cu
et ex solo linguae usu verba illa *τῶν εἴσω* et *τὰ*
εἴσω et *τὰ ἐκτός*, tum ab *οἱ εἴσω* et *οἱ ἐκτὸς*
Constantinus dicto illo significare voluerit, VV.
inter se contendere, mirum esse non potest.
xime illud quod graviorem illam de mutua civita
tione deque principum in ecclesiam iuribus qua
ipsius antiquitatis auctoritate definire et suam
sententiam antiquitatis laude illaque Constantini
vellent [1]), unde adeo READINGO aliisque tam an
verba visa sunt, ut indicium certum de illis fe
Itaque, quae sola vera sit Constantiniani effati i
eius vis ac natura, quam brevissime fieri poterit [2]
supervacaneum esse censeo. Ac primum quiden
PETRO DE MARCA de concord. sacerd. et imper
p. 135 sq., STROTHIO ad Euseb. p. 410 sq. no

---

1) Cf. CHRISTIANI GUIL. FRANC. WALCHII de τοὺς εἴσω τῆς ἐκκλησίας et τοὺς ἐκτὸς Constantini Magni commentatio in Commentatt. Societ. Gotting. Tom. VI. p. 82 — 85.

2) Omnes et vel absurdiores opiniones, nec volo nec possum recensere. Cf. WALCHIUS l. l. p. 86. II. p. 87. IV. p. 89. I.

(KG. T. I. §. 77. p. 256. g. ed. I.), aliis [3]), ad verba τῶν εἴσω et τῶν ἐκτὸς verbum ἀνθρώπων suppleri posse, ita ut τῶν ἐκτὸς, ut sane saepius [4]), de gentilibus dictum sit, et Constantinus *gentilium* nonnisi *episcopum* [5]) se professus sit, hoc quidem ut nunc taceam omnia alia, vel iis luculentissime demonstratur quae Eusebius illi imperatoris voci statim annectit: τοὺς ἀρχομένους ἅπαντας ἐπεσκόπει, προὔτρεπέ τε — μεταδιώκειν βίον, quae quomodo suae opinioni favere ipse GIESELERUS l. l. credere potuerit, non video. Cum enim Constantini imperio subiecti essent non solum gentiles sed etiam Christiani et Constantino *omnium* subiectorum ἐπισκοπὴ tribuatur ab Eusebio, necessario sequitur, ex huius quidem sententia non solum gentilium sed etiam Christianorum ἐπίσκοπον fuisse Constantinum. Cf. HASE iuris eccles. commentt. histor. Partic. I. p. 42.

Itaque articulum τῶν, vocibus εἴσω et ἐκτὸς praemissum, in genere potius neutro positum et τῶν εἴσω, τῶν ἐκτὸς idem esse quod τῶν εἴσω, τῶν ἐκτὸς πραγμάτων, vel exinde censendum est. Sed ii etiam qui hoc statuunt, in diversas partes abeunt. Sunt enim haud pauci qui nihil significare voluisse Constantinum illis ἀλλ' ὑμεῖς — εἴην, contendunt nisi episcopi appellationem se quoque sibi posse tribuere, episcopis se quoque posse quodammodo aequiparare, cum ipse sit quidam ἐπίσκοπος τῶν ἐκτὸς τῆς ἐκκλησίας, id est, rector rerum imperii, *rector civitatis*. Ita praeeunte ALLATIO de eccles. occident. et orient. perpet. consensu I, 15. p. 230 sq., KIST. disp. de commut. quam Const. M. auct. soc. subiit Christ. p. 83. not. 1.: „Quod vero, inquit, multi volunt, ex hisce verbis patere, quantam Imperator de rebus ecclesiae sibi auctoritatem sumserit, loci cohaerentia non probat. Verba enim blandientis videntur, episcoporum *in rebus ecclesiae* auctoritatem (των εἰσω της ἐκκλησιας), Imperatoriae *in rebus Imperii* (των ἐκτος της ἐκκλησιας) assimilantis.“ Neque aliam sententiam tuetur HASE iuris eccl. comment. Partic. I. p. 43.: „Quod si vero Caesar, Laicus, imo Catechumenus, *summum* ecclesiae sacerdotium atque regimen sibi vindicasset, inauditae nomen insolentiae sustinuisset, quam qui tandem credideris tunc esse proditam, quum episcopos honorifice excepisset! Sed tantum abfuisse videtur, ut Augustus illud sibi arrogaret, ut sese urbane hospitibus suis aequipararet, se ipsum professus, e verbi non tam ecclesiastico usu,

---

3) Vid. WALCH. l. l. p. 89 sq.

4) Vid. VALES. ad V. C. I, 43. not. 2. et nos ad H. E. X, 1. T. III. p. 206 sq. Cf. WALCH. l. l. p. 92. II.

5) Significatione quidem vocis ἐπίσκοπος non ecclesiastica sed Graeca qua illa de qualicunque vel hominum vel rerum inspectore s. moderatore in universum dicitur. Vid. WALCH. p. 91 sq. p. 98 sq. III. Cf. Cicer. ad Attic. VII, 11.: „*vult me Pompeius esse, quem tota haec Campana et maritima ora habeat ἐπίσκοπον, ad quem delectus et summa negotii referatur.*“ 1 Petr. II, 25. WAHL. clav. N. T. Vol. I. p. 608.

quam Graeca notatione, *episcopum eorum, quae extra ecclesiam gererentur, i. e. civitatis rectorem.*“ Et Neander Geschichte der christl. Religion und Kirche T. II. P. I. p. 283. scripsit: *Da er* (Constantin) *einst im scherzhaftem Tone bei einem Gastmahle zu den Bischöfen sagte, auch er sey auf seine Weise ein Bischof über das was ausserhalb der Kirche liege; so wollte er eben damit sagen, dass ihn Gott zum Aufseher über die ausserhalb der Kirche liegenden, d. h. die politischen Verhältnisse gemacht habe, um diese nach dem Willen Gottes zu ordnen, Alles so einzurichten, dass seine Unterthanen zu einem frommen Leben hingeleitet würden.*“ Cf. ibid. not. 1. Iam vero ne hanc quidem interpretationem verborum Constantini ullo modo admitti posse censeo. Quamvis enim nihili esse videatur quod contra eam monuit Strothius [6]), tamen illa, id quod non reputarunt VV. DD., ex mea sententia primum reiicenda est propterea quod probata illa, inepte dicturus fuisset Constantinus civitatem seu res civiles *ea quae extra ecclesiam geruntur* (*τὰ ἐκτὸς τῆς ἐκκλησίας*), et tota illa oppositio illorum *τῶν εἴσω τῆς ἐκκλησίας* et *τῶν ἐκτὸς* esset ineptissima atque alia ratione instituenda. Nam Constantinus *τὰ εἴσω τῆς ἐκκλησίας* et *τὰ ἐκτὸς* plane non poterat illo sensu invicem sibi opponere, si recte loqui volebat, sed haud dubie deinde ita fere debebat dicere: *ἀλλ' ὑμεῖς μὲν τῆς ἐκκλησίας ἐπίσκοποι, ἐγὼ δὲ τὰ τῆς πολιτείας ἐπισκοπῶν ὑπὸ θεοῦ καθεσταμένος ἐπίσκοπος ἂν εἴην.* Sed exponendum nunc quid praeterea potissimum non solum posteriori sed etiam priori quam attuli, Constantiniani dicti explicationi obstet. Primum enim res a Constantino gestas si consideraverimus, „*nihil,* ut verissime inquit Walchius (comment. societ. Gotting. T. VI. p. 96.), *magis absonum, nihil ab ipsa veritate magis alienum, ab imperatore cogitari aut dici potuisse, sentimus, quam se a cura rei christianae avocare animum eamque solis sacrorum praesulibus* [sibi ipsi vero solae civitatis et rerum civilium administrationem] *relinquere, aut quaecunque de rebus sacris statuat, ad solos numinum auctores pertinere.*“ Nonne enim omnia fere Constantini facta, quae qui vel primis labris degustavit historiam ecclesiasticam, non ignorare potest, nonne omnia, inquam, testantur et clamant, Constantinum tum ecclesiasticas rationes vario modo administrasse, tum Christianorum quoque neque vero solorum gentilium *ἐπίσκοπον* fuisse? Sed utrique Constantinianae vocis explicationi a nobis expositae non minus repugnat tota Eusebianae narrationis series eiusque tum antecedentes tum consequentes particulae. Eusebius enim, si quidem singula ante Constantini dictum

6) Stroth. ad Euseb. p. 411.: „*Allein was wären diess für πράγματα τὰ ἐκτὸς τῆς ἐκκλησίας? Etwa seine Regierungs-Geschäfte? — — so ferne sie — die Kirche nicht treffen, würde die Benennung eines ἐπισκόπου wohl nicht passend seyn.*“ Sed vid. supra not. 5. Cf. Suicer. thes. eccl. T. I. p. 1178.

et post illud commemorata ad universi generis vim revocare velis, quid tandem refert nisi Constantinum magnam dedisse operam, ut externa ecclesiae Christianae conditio esset optima atque omnem suam potestatem et auctoritatem ad augendam externam ecclesiae Christianae dignitatem contulisse? Quod quidem ille fecisse a nostro dicitur, tum religionis Christianae impedimenta omnibus modis imminuendo et removendo [7]), tum Christianam religionem inter Christianos aeque ac gentiles adiuvando et promovendo [8]). Et quis, quaeso, de Eusebii sententia dubitare possit, qui legerit verba eius I, 44.[9]), quibus de Constantino: *ἐξαίρετον*, inquit, *τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ τὴν παρ᾽ αὐτοῦ νέμων φροντίδα· διαφερομένων τινῶν πρὸς ἀλλήλους κατὰ διαφόρους χώρας, οἷά τις κοινὸς ἐπίσκοπος ἐκ θεοῦ καθεσταμένος, συνόδους τῶν τοῦ θεοῦ λειτουργῶν συνεκρότει, ἐν μέσῃ δὲ τῇ τούτων διατριβῇ οὐκ ἀπαξιῶν παρεῖναί τε καὶ συνιζάνειν, κοινωνὸς τῶν ἐπισκοπουμένων ἐγίνετο, τὰ τῆς εἰρήνης τοῦ θεοῦ βραβεύων τοῖς πᾶσι· καθῆστό τε καὶ μέσος, ὡσεὶ καὶ τῶν πολλῶν εἷς· κ. τ. λ.*? De quo loco rectissime WALCHIUS l. l.: „Omnia, inquit, iunctim sumta praeclare demonstrant, quaenam Constantini studia quasve operas *communis episcopi* nomine EUSEBIUS voluerit designare.“ Neque facile ovum ovo similius esse potest quam hic Eusebii locus iis quae Eusebius IV, 16—25. protulit, unde quae eius de Constantini voce sententia fuerit, intelligitur. Denique vero prorsus collabuntur et corruunt interpretationes illae per eum qui suorum ipsius verborum sine dubio optimus interpres est — Constantinum. Ipse enim Constantinus in epistola ad ecclesias data (III, 17.) haec scripsit: *τοῦτον πρό γε πάντων ἔκρινα εἶναί μοι προσήκειν σκοπὸν, ὅπως παρὰ τοῖς μακαριωτάτοις τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας πλήθεσι πίστις μία καὶ εἰλικρινὴς ἀγάπη, ὁμογνώμων τε καὶ περὶ τὸν παγκρατῆ θεὸν εὐσέβεια τηρῆται. Ἀλλ᾽ ἐπειδὴ τοῦτ᾽ οὐχ οἷόν τ᾽ ἦν — εἰ μὴ — διάκρισις γένοιτο· τούτου ἕνε-*

---

7) Vid. IV, 16. IV, 23. *καθόλου δὲ τοῖς ὑπὸ τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ δήμοις τε καὶ στρατιωτικοῖς, πύλαι ἀπεκλείοντο εἰδωλολατρίας, θυσίας τε τρόπος ἀπηγορεύετο πᾶς* coll. c. XX., et totum c. XXV. *Ἔνθεν εἰκότως κ. τ. λ.*

8) Vid. IV, 18. 19. 23. *τοῖς κατ᾽ ἔθνος ἄρχουσιν — — ἐπράττετο.* Et c. XXIV. *Ἀκόλουθα δ᾽ οὖν τῷ λόγῳ — μεταδιώκειν βίον.* Cf. WALCH. p. 95 sq.: „*Observatione omnino est dignum, omnes istas leges si ab unica precandi formula, non christianorum usibus destinata discesseris, a* CONSTANTINO *non soli populo superstitionibus gentilium dedito; sed omnibus sine discrimine civibus fuisse datas, et quae* EUSEBIUS, *ab eodem, suae sententiae convenienter, suscepta fuisse, credidit, hunc retenta* episcopi *voce ita expressisse,* τους ἀρχομενους απαντας επεσκοπει, *in* omnes, *sibi subiectos,* sive christiani fuerint, *sive minus, episcopum egit. Nisi diligentem rerum christianarum scriptorem secum, suspicatus fueris, aperte pugnare, distinctionem* των εισω της ἐκκλησιας et των ἐκτος, *ab imperatore factam non potuit de* hominibus *capere; sed de variis* rerum *et* negotiorum *generibus vere accepit.*“

9) Hunc Eusebii locum perperam alio simul traxit WALCH. p. 91 sq. Sed rectiora ipse attulit p. 98 sq. l.

μεν πλείστων ὅσων συναθροισθέντων, αὐτὸς δὲ καθάπερ εἷς ἐξ ὑμῶν ἐτύγχανον συμπαρὼν (οὐ γὰρ ἀρνησαίμην ἂν ἐφ᾽ ᾧπερ μάλιστα χαίρω, συνθεράπων ὑμέτερος πεφυκέναι), ἄχρι τοσούτου ἅπαντα τῆς προσηκούσης τετύχηκεν ἐξετάσεως, ἄχρις οὗ ἡ τῷ πάντων ἐφόρῳ θεῷ ἀρέσκουσα γνώμη — εἰς φῶς προήχθη, ὡς μηδὲν ἔτι πρὸς διχόνοιαν ἢ πίστεως ἀμφισβήτησιν ὑπολείπεσθαι. Ex quo quidem loco cogitationem illam de munere quodam suo vere sacerdotali et episcopali in deliciis habuisse Constantinum [10]) eundemque quatenus *externarum ecclesiae rationum* curam et administrationem sibi vindicaret, episcopi nomen sibi sumpsisse, non minus apparet quam ex Socrat. H. E. I, 9., ubi idem Constantinus: *Συνεκάλεσα*, inquit, *εἰς τὴν Νικαιέων πόλιν τοὺς πλείστους τῶν ἐπισκόπων, μεθ᾽ ὧνπερ εἷς ἐξ ὑμῶν ἐγὼ, ὁ συνθεράπων ὑμέτερος καθ᾽ ὑπερβολὴν εἶναι χαίρων, καὶ αὐτὸς τὴν τῆς ἀληθείας ἐξέτασιν ἐδεξάμην.* Sozomen. H. E. I, 19. Cf. Euseb. V. C. II, 69. *ὅπερ ἂν ὑμῖν ὁ συνθεράπων ὑμῶν δικαίως παραινεῖ.* III, 12 ext. *οὕτω γὰρ — κἀμοὶ τῷ ὑμετέρῳ συνθεράποντι ὑπερβάλλουσαν δώσετε χάριν.* Walch. l. l. p. 100 sqq. [11]). Itaque illas Constantinianae vocis interpretationes earumque similes [12]) reiiciendas esse, contra solam veram esse, iam sua sponte apparebit verborum Constantini interpretationem hanc: „Sed vos quidem *rationes ecclesiae internas* curantes, episcopi estis, ego vero *externarum ecclesiae rationum* a deo constitutus sum episcopus [13]).“ Atque ita interpretanda esse, suspicatus fortasse sit ipse ille nescio quis qui cap. XXIV. indicem fecit: *Ὅτι τῶν ἔξω πραγμάτων ὡσπερ ἐπίσκοπον ἑαυτὸν εἶπεν εἶναι* et Vales. qui vertit: „Vos quidem *in iis quae intra ecclesiam geruntur*, episcopi estis. Ego vero *in iis quae extra geruntur*, episcopus a deo sum constitutus.“ Sed in eo lapsus est Val. et alii quod *τῆς ἐκκλησίας* ex voce *εἴσω* pen-

---

10) Agnovit hoc ipse Hase iuris eccl. commentt. Partic. I. p. 43. not. Quo magis mirum est, eum veram loci nostri sententiam non assecutum esse.

11) Laicos quoque suos *συνθεράποντας* Constantinus dicere non dedignatus est V. C. II, 72. *τῶν γάρ τοι θεοῦ λαῶν, τῶν συνθεραπόντων λέγω τῶν ἐμῶν.* III, 24. *ἐν μέρει μὲν ἐπισκόποις — διατατόμενος· ἤδη δὲ καὶ αὐτοῖς προσεφώνει τοῖς πλήθεσιν, ἀδελφοὺς ἀποκαλῶν καὶ συνθεράποντας ἑαυτοῦ τοὺς τῆς ἐκκλησίας λαούς.* Cf. II, 6. et Stroth. ad h. l. p. 150. *).

12) Cf. E. F. Wernsdorf. de Constant. M. religione paschali p. 17. Planck Geschichte der christlich-kirchlichen Gesellschafts-Verfassung T. I. p. 269. Manso Leben Constant. p. 238. l.: „*Nach Eusebius (IV. 24—) nannte Constantin sich selbst den von Gott ausser der Kirche angesetzten* (?) *Bischoff.*“ Bretschneider Handbuch der Dogmatik T. II. p. 860 sqq. ed. III.

13) Longe alia ratio est loci V. C. IV, 1. *Τοσαῦτα πράττων ὁ βασιλεὺς ἐπ᾽ οἰκοδομῇ καὶ εὐδοξίᾳ τῆς ἐκκλησίας τοῦ θεοῦ, πάντα τε πρὸς εὔφημον ἀκοὴν τῆς τοῦ σωτῆρος διδασκαλίας ἐπιτελῶν, οὐδὲ τῶν ἐκτὸς κατωλιγώρει πραγμάτων.* Nam ibi quidem recte vertisse Vales. „*civilia negotia*,“ et Stroth.: „*die ausser dieser Sphäre gelegenen Angelegenheiten*,“ manifestum est.

dere credidit et ad ἐκτὸς iterum ἐκκλησίας ita supplevit ut hoc quoque ex voce ἐκτὸς penderet, cum potius τὰ εἴσω et τὰ ἐκτὸς plenam notionem per se ita efficere censendum sit ut significetur idem quod nos dicimus: „*die innern und äussern Verhältnisse.*“ Nam nisi hoc statuatur, vi sua non caret quod obiecit Stroth. l. l.: „*So ferne diese* (Regierungs-Geschäfte) *die Kirche betreffen* (sollen), *könnten sie wohl nicht füglich τὰ ἐκτὸς τῆς ἐκκλησίας* [ita quidem ut hoc esset: „*quae extra ecclesiam geruntur, quae sunt extra ecclesiam posita*“] *genannt werden*“ [14]). Verum enim vero non intellexit Strothius, τὰ ἐκτὸς τῆς ἐκκλησίας et τὰ εἴσω τῆς ἐκκλ. ita potius commode potuisse dici et esse dicta ut significetur illud quod diximus: „*rationes externae et internae ecclesiae.*“ Neque aliter illa esse explicanda, vidit probabiliter, ante nos iam Fabricius bibliogr. antiq. c. XIII. §. III. p. 437. et in salut. luc. evang. exorient. p. 282. [15]), ubi verba Constantini quamvis nullam reddens interpretationis suae rationem, recte vertit: „Vos episcopi *circa interiora ecclesiae* — *ego circa ecclesiae externa* — a deo constitutus,“ indicans simul, quid sub interioribus illis rationibus cogitandum sit verbis in parenthesi inclusis: „*Doctrinam et sacramenta*,“ et quid sub externis, verbis: „*regimen et tutelam.*“ Neque longius ab illa interpretatione nostra absunt, et proxime etiam ad eam accedunt alii [16]).

---

14) Cf. Walch. l. l. p. 96.: „Nec crediderim, quemquam futurum esse, qui negare audeat, *rerum extra coetus sanctiores positarum* (?), nomine“ etc. Ibid. p. 104.: „Negotia *extra ecclesiam posita* (?) quorum se dixit episcopum“ etc. Schroeckh KG. T. V. p. 115.: „*Und er selbst* (Constantin) *gab sich einst diesen Nahmen, — mit der Einschränkung, dass er es* (Bischoff) *in den ausserhalb der Kirche vorfallenden Geschäften* (?) *sey; da hingegen die eigentlichen Bischöfe die innerliche Verwaltung derselben auf sich hätten.*“ Cf. not. 13. et p. 539.

15) Monere autem haud alienum duco, me in eam quam proposui, verborum Constantini interpretationem incidisse, antequam Fabricium et plures alios inspexissem.

16) Cf. Deylingii institutt. prudent. pastor. §. X. p. 51 sq. ed. Kuestner., Boehmer. iur. eccles. Protest. Vol. I. p. 731. Pertsch Versuch einer Kirchenhistorie P. I. p. 406. p. 658. Moshem. instit. hist. eccles. sec. IV. P. II. cap. II. §. 4. Venema hist. eccles. V. et N. T. Tom. IV. p. 196. Schroeckh KG. V. p. 115. Walch. l. l. p. 104.: „*Negotia extra ecclesiam posita* [vid. not. 14.] — quaevis instituta, mandata, consilia et studia significant, quibus usus est, ut evitarentur animorum discordiae et ecclesiarum conturbationes, quae vero excitatae fuissent, componerentur et pax firma esset ac stabilis. Id quod fieri non potuisse, credidit, nisi arctissimo communis doctrinae earumdemque sacra agendi formularum vinculo semper cohaererent, ideoque episcopos compulit, ut quid de re divina vere credendum sit, quibus ritibus cultus publicus, quibus legibus disciplina publica contineretur, rite definirent, quae vero ab his decreta essent, ut his ab omnibus praestaretur obsequium, legum suarum auctoritate et poenarum irrogatione effecit, saltem efficere studuit. Quae si consideraveris, quaenam ne-

His ita iam expositis, facile quoque responderi posse puto quaerentibus, quam sibi potestatem in ecclesiam dicto illo suo Constantinus vindicaverit. Quemadmodum enim Constantinum certa quadam ratione se vocasse episcopum et Eusebium quoque certum quendam eius verbis sensum subiecisse vidimus [17]), ita nullo modo illis quidem verbis Constantinum sibi arrogasse potestatem quandam in ecclesiam quae ei ut imperatori non conveniret, non minus tenendum duco. Principes enim non solum et posse et debere videre ne quid respublica ex religione publica detrimentum capiat sed etiam civilem potestatem quam ecclesia pro sua ipsius natura nunquam habere potest, ad ecclesiae dignitatem tuendam et augendam non minus conferre, quam ecclesiam vim suam spiritualem qua regit hominum animos, ad conservandam et firmandam salutem civitatis, quis, quaeso, non lubenter concedat? Neque vero aliud Constantinus illis quidem verbis professus est qua se ecclesiae episcopum esse significavit quatenus externis ecclesiae rationibus prospiceret, contra internas ecclesiae rationes ad se non pertinere expresse indicavit. Itaque ex illo quidem Constantini dicto minime concludi potest, eum leges ferre voluisse ecclesiae in constituendis iis quae nullo vel humano vel divino iure ad principes sed ad solius ecclesiae curam et administrationem pertinent, id est, in constituendis dogmatibus et divino cultu (cf. not. 16.), et frustra si qui hac aetate VV. DD. principes ecclesiae tyrannos potius et dominos quam moderatores et inspectores esse voluerunt, vel illam Constantini vocem arripuerunt, exemplo scilicet probaturi quod nullo unquam exemplo sed ex sola rei ipsius natura et ex ipsis causae quasi visceribus probandum est. Cf. Du Pin de antiqua ecclesiae disciplina dissert. VII. p. 433 sqq. p. 456 sqq. Tittmann. observatt. de potestate ecclesiastica ad art. August. Confess. de abus. VII. P. I. p. 10 sqq. p. 17 sqq. P. II. p. 5 sqq. Schulthess theologische Annalen mens. Jun. 1829. p. 245 sqq. Quid? quod ipse Hase l. l. p. 43., etiamsi falsam explicationem tuitus, tamen ex illis Constantini verbis non concludi posse, eum ecclesiae iura invasisse, monuit ita: „*Ut vere omnia quae Constantini verbis inesse possunt* [imo in iis vere insunt],

---

gotia intra ecclesiam gerenda [vid. not. 14.] fuerint, episcopis christianis commissa et relicta, certe intelliges. — — — Disceptationes de doctrinae veritate reliquit episcopis quod illa ad *interna* pertinerent" etc. Starck Versuch einer Geschichte des Arianismus. T. II. p. 54. Henke Geschichte der christl. Kirche T. I. p. 201. Muenscher Dogmengeschichte T. III. p. 7. Augusti Denkwürdigkeiten T. V. p. 195 *) sq. Wilcke allgemeine Kirchengeschichte p. 136 sq.

17) Hinc ego quidem non assentiri possum Planckio (Geschichte der christlich-kirchl. Gesellschafts-Verfassung T. I. p. 269.): „*Sicherlich dachte sich jedoch der Kayser noch ebensowenig etwas bestimmtes dabey als Eusebius.*" Quamquam fortasse hoc tantum sibi voluerit Planckius quod Walch. p. 105., nostras subtiliores et acutas iura sacrorum *interna* et *externa*, *maiestatica* et *collegialia* distinguendi et definiendi rationes nec imperatori nec Eusebio in mentem venire potuisse, quod quidem ego facillime largior.

itaque: ab Eusebio forsan [14] celebrata fuerint, largiatur: fac, imperatorem affectasse episcopalem quandam potestatem, et caeterorum episcoporum potestate non maiorem; fac, gloriatum esse de sacerdotio: non de summo sacerdotio.“ Cf. Kist. disput. de commutat. quam Constant. M. auct. societas subiit Christ. p. 83. not. 1.

Sed aliud est, quaerere, utrum Constantinus ea quae cogitari voluit verbis illis de quibus egimus, et similibus dictis, candide et ex sua ipsius animi sententia pronunciaverit, an potius non sine callida quadam urbanitate coram episcopis quos conviviis exceperat, suam ipsius et ecclesiae imperandi libidinem texerit atque ita optimis episcopis fumos, ut aiunt, vendiderit. Cf. Hase et Neander locis supra p. 538 sq. laudatis. Cogitanti enim, eundem Constantinum cuius est per se minime ineptum ἀπόφθεγμα illud, alias iustos potestatis suae in ecclesiam et episcopos fines non solum constanter tenuisse sed etiam haud raro egressum esse [18]), neque miranti quod refert Socrates H. E. V. procem. p. 259., ex imperatoribus, ἀφ᾽ οὗ Χριστιανίζειν ἤρξαντο, ecclesiae rationes pependisse, ut prius illud satis improbabile, ita posterius hoc perquam probabile videbitur. Itaque nemo facile credet Kistio p. 67., Constantinum, inter episcopos assidentem, „*ne prae iis se extolleret*,“ se quoque ἐπίσκοπον dixisse, imo, ne prae iis se extollere *videretur*, et quo magis eos sibi conciliaret atque obsequiosos redderet, quorum aucta dignitate suum ipsius imperium firmari et stabiliri, facile intelligeret,

---

18) Vid. V. C. I, 44. III, 6. III, 10. not. 3. III, 13. 17. 60. Vales. ad III, 51. not. 2. Stroth. ad verba Constantini IV, 42. p. 294 sq. Ἐὰν γάρ τις, ὡς ἐγὼ οὐκ οἴομαι — — διδάξῃ: „*Dies Beispiel der uneingeschränkten Ausübung Landesherrlicher Rechte in Kirchen-Sachen verdient bemerkt zu werden. Damals wurde also noch kein Bischof in Rom befragt; woher hat er denn in der spätern Zeit mit einmal das Recht Kirchen-Versammlungen auszuschreiben, und andere angemasste Gewalt dieser Art bekommen?*“ Socrat. H. E. I, 6. 8. 9. V, 8 ext. Theodoret. H. E. I, 20. Balduin. Const. M. p. 46 sqq. Gibbon die Bekehrung Const. p. 73 sqq. Schroeckh V. p. 115 sqq. Planck I. I. Schmidt KG. III. p. 13 sqq. Muenscher Dogmengeschichte T. III. p. 7 sqq. Manso p. 237 sq.: „*Der Kaiser übte noch im Geistlichen, wie im Weltlichen, eine unumschränkte Gewalt aus, die Beschlüsse der Kirche bedurften seiner Bestätigung, und ergingen in seinem Nahmen; dass er die Bischöfe über Glaubenslehren entscheiden liess* [cf. III, 10. not. 3.], *geschah mehr aus grossmüthiger Vergünstigung, als aus Anerkennung eines ihnen zustehenden Rechts.*“ ibid. p. 211. p. 276.: „*dieser* (Eusebius) *vergisst das bestehende so ganz* [vid. I, 42. II, 4. not. 2. III, 1. p. 143. III, 10. 24. IV, 18. not. 2.], *dass er ihn* (Constantin) *auf eine recht lächerliche Art sich vor den Bischöfen demüthigen, und der Geistlichkeit nicht bloss freundliche Herablassung, sondern unterwürfige Ehrfurcht erweisen lässt.*“ Kist. p. 81 sqq. p. 84 sqq. Augusti l. l.: „*Es war auch ganz in der Manier dessen, der sich selbst so gern τον ἐπισκοπον του* [*των*] *ἐκτος nannte, und auch gern die τα ἐντος* [*εἰσω*] *besorgte, wie der Arianische Streit beweiset.*“ Gieseler KG. T. I. §. 77. Hase p. 32 sqq.

blinde illa ἐπισκόπου appellatione libenter unum esse, existimabit. Cf. supra not. 11. Boehmer. observatt. selectt. ad Petri de Marca concord. sacerd. et imper. II, 7. p. 58 sq. Spittler Grundriss der Geschichte der christl. Kirche p. 106. edit. Planck.: „*Constantin selbst war Schmeichler und Despot der Bischöfe; nicht der einzige Fall in der Geschichte, dass beides in einem zusammentrifft.*" Neque illa callidior simulatio a Constantini animi indole aliena videri potest. Vid. Excurs. I. p. 516. not. 14. Quamquam eo non contenditur, quaecunque Constantinus ecclesiae ministris bona tribuit, ex eius imperandi cupiditate manavisse, cum haud dubie ipsum simul religionis Christianae studium quo ferebatur, ut illos favore et gratia sua ornaret, eum deberet impellere, neque magis negatur, inde a Constantini maxime tempore episcopos vicissim iura quae nonnisi imperatorum esse et poterant et debebant, subinde laesisse sibique arrogavisse, et quemadmodum in ecclesiasticis rebus episcopi saepius politicae potestatis instrumenta essent, ita in politicis principibus pro arbitrio usos esse episcopos, unde orta est ingens illa utriusque societatis pugna et certamen in quo ita tandem victores discesserunt episcopi et cuius occulto velut arbor aevo, crevit dignitas, Romanus pontifex, „ut (quae sunt verba Kisthi l. l. p. 99.), recentior Europae historia, per aliquot secula, quibus medium aevum continetur, *Ecclesiastica* omnis et sit, et haberi debeat." Cf. Rousseau du contrat social Liv. IV. chap. 8. (Oeuvres Tom. V. p. 285. Paris. 1819.): „Ce fut dans ces circonstances que Jésus vint etablir sur la terre un royaume spirituel: ce qui, *séparant le système théologique du système politique*, fit que l' état cessa d' être un, et causa les divisions intestines qui n' ont jamais cessé d' agiter les peuples chrétiens. — — Alors tout a changé de face; les humbles chrétiens ont changé de langage, et bientôt on a vu ce prétendu royaume de l' autre monde devenir, sous un chef visible, le plus violent despotisme dans celui-ci. †) — Cependant, comme il y a toujours eu un prince et des lois civiles, il a résulté de celle double puissance un perpétuel conflit de iuridiction qui a rendu toute bonne *politie* impossible dans les états chrétiens; *et l' on n' a jamais pu vénir à bout de savoir auquel du mâitre ou du prêtre on étoit obligé d' obéir.*" P. 286 sqq. Muenscher. l. l. Tom. III. p. 11 sqq.

---

†) Cf. Euseb. de laudd. Const. c. XVI. p. 488 sq. Kestner geschichtliche Andeutungen über den welthistorischen Kampf der alten und neuen Zeit unter den beiden ersten Antoninen p. 56 sqq.

EXCURSUS V.

AD

EUSEB. V. C. IV, 61.

to probari posse quae de lepra et baptizato per Sylvestrum Constantino M. iactantur in menaeis 2. Januar. et in breviario Romano BARONIUM annall. eccles. ad a. CCCXXIII. ., SCHELSTRATENIUM antiquitt. eccles. illust. MATTHIAM FUHRMANNUM hist. sacr. de ba- ., Rom. 1742 sqq. 4., et alios serviles curiae Romanae satellites, dudum demonstraverunt praeter VALESIUM ad Euseb. l. l., NATALIS ALEXANDER, DU PIN, PAGI crit. ad a. CCCXXIII. CCCXXIV. n. V., TILLÉMONT. histoire des empereurs T. IV. p. 422. p. 631 sq., THOM. MARIA MAMACHIUS origg. et antiqq. Christ. T. II. p. 232 sqq., Rom. 1750. 4., alii, et prae reliquis TENTZEL. exam. fabulae Romanae de duplici baptismo Constantini M., Viteb. 1683. 4. et in Eiusd. exercitt. selectt. P. I. p. 299 sqq. Quid? quod iam sec. XI. HERIGERUS quidam de Constantini M. baptismo veriora statuere ausus est, teste CRAMERO Fortsetzung des Bossuet T. V. P. II. p. 217. ed. II. Add. FABRICII salutar. lux evangel. exorient. p. 256.

Sed haud paulum certe dubitandum est an verum sit quod non minus affirmat VALESIUS, Constantinum etiam ante obitum demum catechumenum factum esse. Quam quidem VALESII sententiam plures VV. DD. sequuntur et inter hos GIBBON die Bekehrung des Kaisers Constantins übers. p. 6 sq. p. 60. MANSO Leben Constantins p. 200. Sed contrarium certe satis speciose defendit MOSHEM. commentt. de rebus Christ. a. C. M. p. 966 sqq.: „verum hoc est, *catechumenos* manuum impositione ac precibus factos esse. At non minus certum est, plurimisque veterum locis cognitum, etiam illis, qui iam dudum *Catechumeni* fuerant, certis temporibus manus ab episcopis impositas esse. — — Antiquissimo ecclesiae more comparatum erat, ut qui sacro fonte tingendi essent, antea omnium peccatorum suorum professionem ederent: quo facto manus illis episcopus, precatione adiuncta, imponebat et verbis dei veniam omnium delictorum antea admissorum impertiebat. Tertullianus *libro de baptismo* c. XX. *Ingressuros baptismum orationibus crebris, ieiuniis, et geniculationibus et pervigiliis orare oportet et cum confessione omnium retro delictorum, ut exponant etiam baptismum Johannis* [Cf. I. G. WALCH. compendium antiquitt. ecclesiastt. p. 91 sq.]. — — Hoc unum totum Valesii argumentum ab impositione manuum sumtum evertit: Constantino manus ab episcopis impositae sunt, antequam baptismum susciperet: Ergo tunc primum *Catechumenus* factus est. Nam qui per multos annos ca-

techumeni iam fuerant, tamen appropinquante baptismi tempore, postquam peccata confessi erant, denuo manibus impositis et precibus consecrari solebant." Praeterea animadvertit Moshem. l. l., de hac ipsa manuum impositione quae confessionem peccatorum sequebatur, non de illa qua inter catechumenos demum recipiendus
esset Constantinus M., loqui Eu
verba: γόνυ κλίνας ἐπ' ἐδάφο
αὐτῷ τῷ μαρτυρίῳ ἐξομολογοῦ
διὰ χειροθεσίας εὐχῶν ἠξιοῦτο
haec Eusebii verba ut ambigua n
sententiae favere, quemadmodu
mendam esse negat Moshemiu
nis manuum participem Consta
troversiam ponat. Denique mo
per manuum impositionem cate
ceptum nec pro sacro ac necess
vero fuisse Constantinum, quae
Eusebius, reddere certissimum
Eusebii concludi posse praeter h
per manuum impositionem et p
norum cooptatum esse, observa
stantino neglectum fuerit, nem
cap. 32. lib. I. Vales. ad V. C. I
stantinus tametsi adhuc vix Ca
61. prolatam nondum tam certa
l. l. p. 57 sqq. (Uebersetzung v
„*Die ehrwürdigen Mysterien d*
tesdienstes wurden zwar vor de
der Catechumenen, verborgen
geln der Disciplin, welche die
hatte, liess man aus eben dies
serlichen Proselyten, gerne et
serst wichtig hielt, einen solc
geben desto eher in den Scha
Es wurde also dem Constan
schweigende Dispensation erla
rechte zu geniessen, ehe er no
eigentlichen Christen auf sic
aus der Versammlung zu entfer
hete Haufe durch die Stimme
sen wurde, verrichtete er das
tirte mit den Bischöfen, redete
ckelsten Materien der Theolog
heiligen Gebräuchen die Oster
öffentlich nicht nur für einen T
sermassen für einen Prieste
[vid. Excurs. III. p. 533 sqq.].
ction mag sich Constantin

haben, als die Dienste, welche er der Kirche geleistet, solche auch sehr wohl verdienten. Eine unzeitige Strenge würde die noch unreifen Früchte seiner Bekehrung leicht haben zernichten können; und wenn man die Thore der Kirche mit eben der strengen Genauigkeit vor einem Prinzen verschlossen hätte, der die Altäre der Götter bereits verlassen hatte: so wäre in der That keine Form des äusserlichen Gottesdienstes mehr übrig gewesen, zu welcher sich der Beherrscher des Reichs hätte halten können." Concludit autem Mosheim. l. l. p. 969. totam disputationem suam his verbis: „Agnoscit studium Constantini omnia illa officia praestandi, quae Christianorum erant nondum fonte sacro lotorum, doctissimus Valesius; verum respondet, ex his quidem intelligi, Imperatorem Christianum fuisse, non vero, eum in Catechumenis fuisse. Et viri etiam egregii nonnunquam et se fallunt, et alios! Poteratne aliquis illa aetate Christianus esse, nec tamen Catechumenus? Omnes ecclesiae cives vel *Fideles* erant, vel *Catechumeni*: tertium inter hos binos ordinem ignorabant Christiani. *Fidelem* Constantinum non fuisse ante ultimum vitae tempus, certissimum est [praeter ea quae scripsi ad IV., 17. 22., vid. IV, 62. verba: *καὶ οὕτως ἐμὲ συναγελάζεσθαι λοιπὸν τῷ τοῦ θεοῦ λαῷ — ὥρισται* et: *τῶν ἀποῤῥήτων μετεδίδοσαν.* De laudd. Const. c. IX. Socrat. H. E. I, 39. Sozom. II, 32. Theodoret. I, 32. Zorn. *histor.* eucharistiae infant. p. 215 sqq.]: Si ergo etiam *Catechumenus* non fuit, qua ratione *Christianus* esse potuit?" Sed *haec* quidem vereor ne nihil sint nisi subtiliores argutiae et *σοφίσματα*. Poterat enim sane Constantinus aliqua ratione Christianus esse quamvis nec fidelis esset nec catechumenus nec pro tali ab aliis haberetur, id est, poterat Constantinus si religionis Christianae veritatem iam perspexisset, studiosum vel religionis vel ecclesiae Christianae cultorem se praestare, et potissimum privatim et secum Christianus esse (vid. IV, 17.), quamvis non ad alterutrum illorum ordinum pertineret in quo ii constituti erant, qui ad ipsam ecclesiam Christianam pertinere et publice ac palam Christiani esse vellent, quorum sane binos tantum ordines noverant illa aetate. Multo minus vero Valesii sententiam iis everti censeo quae monuerunt Schurzfleisch. dissert. de prim. Christianorum imperatore §. XVI. et Zorn. l. l. p. 214 sq. Opinantur enim VV. DD., in verbis Eusebii *γόνυ κλίνας ἐπ᾽ ἐδάφους, ἱκέτης ἐγίγνετο* hoc inesse, Constantinum ut ante vitae demum exitum *perfectiorem catechumenum* factum et inter *γόνυ κλίνοντας* s. *competentes* qui dicebantur, receptum esse, ita iam antea catechumenum fuisse. Sed quomodo verbis illis Eusebii significetur, Constantinum inter *γόνυ κλίνοντας* admissum esse, equidem non intelligo, quamvis vel Neander allgemeine Geschichte der christl. Religion u. Kirche T. II. P. I. p. 57. eandem sententiam tenere videatur. Contra cf. Euseb. V. C. IV, 10 init. IV, 22. H. E. II, 23. T. I. p. 167. V, 5. T. II. p. 44. Augusti Denkwürdigkeiten aus der christlichen Archaeologie T. V. p. 395 sq. T. VI. p. 375. T. VII. p. 156 sqq. Tzschirner. opusc. p. 98. ed. Winer.

EXCURSUS VI.

AD

EUSEB. V. C. IV, 71.

Monendi sunt primum lectores, pro verbis καὶ τὰ σπουδασθέντα me non scribere dubitasse cum ZIMMERMANNO καὶ κατὰ τὰ σπ., neque vero post vocem μνήμῃ cum VALESIO et ZIMMERMANNO comma retinuisse, sed uno ductu, suadente ipso VAL., legendum censuisse: καὶ κατὰ τὰ σπουδασθέντα — κατηξιοῦτο μνήμῃ τὸ τῆς τρισμακαρίας ψυχῆς σκῆνος. Aperte enim τὸ τῆς τρισμακαρίας ψυχῆς σκῆνος iungenda voci κατηξιοῦτο. Sed illa ipsa verba σὺν τῇ τῶν ἀποστόλων — ψυχῆς σκῆνος una cum iis quae statim sequuntur, τῷ τῶν ἀποστόλων προσρήματι συνδοξαζόμενον, cum sint obscuriora, paulo plura de iis disserenda videntur. Et primum quidem verbis sane σὺν τῇ τῶν ἀποστόλων κατηξιοῦτο μνήμῃ τὸ τῆς τρισμακαρίας ψυχῆς σκῆνος, nihil aliud significare voluisse puto Eusebium, nisi quod certe tetigit VALESIUS, deum eo quoque declarasse Constantino benevolentiam suam, quod, ut ipse imperator optaverat, beatissimi ipsius corpus, id est, *ipse beatissimus, post mortem suam eodem loco quo apostoli, sepultus, precationum quae in honorem apostolorum ibi faciendae essent, particeps fieret.* Quam interpretationem egregie comprobat ipse Eusebius IV, 60., ubi refert, Constantinum eo consilio eundem sepulturae locum quem haberent apostoli, sibi delegisse, ὡς ἂν καὶ μετὰ τελευτὴν ἀξιῷτο τῶν ἐνταῦθα μελλουσῶν ἐπὶ τιμῇ τῶν ἀποστόλων συντελεῖσθαι εὐχῶν. Quis enim magis, quaeso, potest sui ipsius interpres esse quam Eusebius hoc loco interpretatur verba sua huius cap. LXXI. σὺν τῇ τῶν ἀποστόλων — σκῆνος? Cf. IV, 60. paulo post verba: ἀφιέρου τοῖς ἀποστόλοις τὸν νεὼν, ὠφέλειαν ψυχῆς ὀνησιφόρον τὴν τῶνδε μνήμην ποιεῖσθαι αὐτῷ πιστεύων· θεὸς δὲ αὐτὸν καὶ τῶν κατ' εὐχὰς προσδοκηθέντων οὐκ ἀπηξίου. Verum enim vero his nondum patefactum est, quid sibi voluerit Eusebius verbis τῷ τῶν ἀποστόλων προσρήματι συνδοξαζόμενον. Vix enim ac ne vix quidem illa idem significare possunt quod praecedentia de quibus modo egimus, cum deinde miseram ταυτολογίαν oriri nemo non videat, et similiter IV, 60. verba τῆς τῶν ἀποστόλων προσρήσεως κοινωνὸν τὸ ἑαυτοῦ σκῆνος μετὰ θάνατον, προνοῶν ὑπερβαλλούσῃ πίστεως προθυμίᾳ γεγενῆσθαι, quae leguntur statim ante illa iam laudata ὡς ἂν καὶ μετὰ τελευτὴν — εὐχῶν, minime eandem quam haec ipsa, sententiam praebere possunt, cui illud quoque obstat quod Constantinus utroque loco non solum μνήμην, *memoriam* cum apostolis, sed etiam eorum πρόσρημα, πρόσρησιν, *nomen, appellationem* nactus esse ab Eusebio dicitur. Atque hoc

ipsum perspiciens Valesius ad IV, 60., alludere Eusebium in verbis de quibus nunc sermo est, coniicit ad cognomen illud *ἰσαπόστολος*, quod Constantinus post mortem acceperit. Cf. Suicer. thes. T. I. p. 1459., Du Cange Gloss. Graec. p. 521 sq. Sed hoc quidem incertius est cum non minus vera esse possit vel sententia Strothii (Uebersetzung T. II. p. 464. not. 5.), ubi haec scripsit V. D: „*In einer Märter-Kirche lagen allemal die Gebeine oder Reliquien des Märterers, wonach sie genannt war; oder wenn diese nicht vorhanden waren, so befanden sich doch Kenotaphia dieser Märterer oder Heiligen darin. Da nun* Constantin *in dieser Kirche begraben war, und dieselbe eben wegen der darin befindlichen Grabmäler der Apostel, die Apostel-Kirche hiess, so schien es, als wenn er, da sein Grab ebenfalls darin war, mit unter den Aposteln begriffen wäre. Dies will Eusebius in den Worten sagen: seine Hülle wurde durch den Namen der Apostel geehrt*“ vel Schroeckhii (christliche Kirchengeschichte T. V. p. 134.): „*das heisst vermuthlich, dass man man es sowohl die Apostelkirche als die Kirche Constantins nennen würde.*“ Recte enim, credo, dubitari possit an Constantinus vivo adhuc Eusebio *ἰσαπόστολος* dictus sit, ita ut alludere ad illud cognomen potuerit. Cf. Valesius et nos ad Euseb. de laudd. Constant. c. II. not. 3. Schroeckh. l. l. T. V. p. 416. Matthaei Chrysostom. homill. Vol. II. p. 94. not. 18. Quidquid vero sit, hoc nobis quidem certum esse videtur, minime unum idemque significare voluisse Eusebium IV, 60. verbis: *τῆς τῶν ἀποστόλων προσρήσεως — γεγενῆσθαι* et sequentibus: *ὡς ἂν καὶ μετὰ τελευτὴν — εὐχῶν* et IV, 71. verbis: *σὺν τῇ τῶν ἀποστόλων — σκῆνος* et sequentibus: *τῷ τῶν ἀποστόλων προσρήματι συνδοξαζόμενον.* Neque satis recte IV, 71. verba *καὶ κατὰ τὰ σπουδασθέντα — σκῆνος* vertit Vales.: „et quod maxime ambierat, *locum iuxta apostolorum memoriam* ei concesserit“ et Stroth.: „und dass er seinen Wunsch, *bey dem Denkmale der Apostel* zu seyn, erreichte.“

Iam vero in omnia alia discessit Salig. de diptychis veterum p. 98 sqq., ubi haec de utroque loco (IV, 60. 71.) disputat.: „Prima fronte hic Eusebii locus nihil aliud innuere videtur, quam Constantinum id fuisse consequutum, quod optaverat. Et adnotavit iam Henr. Valesius ad hunc locum (IV, 71.), respicere Eusebium ad constructionem magni martyrii in memoriam apostolorum, quod eo consilio dedicavit imperator, ut apostolorum servatoris memoriam posteris in perpetuum commendaret. Sed aliud praeterea quidquam exstruendo hanc aedem intendisse Constantinum Eusebius (cap. LX.) refert, quod initio quidem obscurum, tandem vero omnibus sub finem innotuerit. Ipsum quippe hunc sibi locum post mortem designasse, incredibili fidei alacritate prospicientem, *ὡς ἂν καὶ μετὰ τελευτὴν ἀξιοῖτο τῶν ἐνταῦθα μελλουσῶν ἐπὶ τῇ τῶν ἀποστόλων συντελεῖσθαι εὐχῶν*: *ut corpus suum communem cum apostolis appellationem* (?) *post obitum sortiretur.* Qu-

nia illa Eusebii verba: *communionem cum apostolis appellationem* (?) *sortiri; apostolici hominis atque honoris consortio frui: populo dei in ecclesia sociari; divinis caerimoniis ac mystico sacrificio ac sanctarum precum communione potiri:* omnes, inquam, hae locutiones *diptychorum sacrorum honorem* indicant. Neque enim Constantinus post mortem diptychis mortuorum inseri cupiebat. Recitabantur illa post missam, et quaecunque defunctos in se continebant. Maiorem sibi honorem post mortem exhibendum deposcebat imperator, ut cum ipsis apostolis, quibus magnum martyrium dedicaverat, ex *diptychis sanctorum* inter missae solemnia honoraretur. Diptycha sanctorum autem nomina apostolorum ac martyrum comprehendebant. Namque quod infra docebimus, cum apostolis ac martyribus ecclesia antiqua aeque ac cum vivis communionem nutriebat, quoniam illi non ut mortui, sed ut perpetuo viventes considerabantur, idque prae aliis singulare habebant ac praecipuum. Constantinus autem propterea proxime ad apostolos in diptychis accedere sibi videbatur, primo quod primus esset inter imperatores Christianos, sicuti apostoli primi fuerant inter Neo-Christianos. Deinde quod propagationem doctrinae Christianae suo modo aeque promoverat, ac apostoli suo modo ac tempore. Tertio, quod tam splendidum templum seu martyrium in honorem apostolorum exstruxerat. Hinc cum apostolorum nomina in tam magnifico martyrio ex diptychis recitabantur, fieri aliter non poterat, quam ut Constantini nomen statim adderetur, qui reliquis imperatoribus ac futuris principibus idem erat qui apostoli reliquis Christianis fuerant." Sed ut taceam, Saligium eodem modo quo Strothium, communionem προσρήσεως apostolorum a societate εὐχῶν in quam Constantinus post mortem venire voluerit et venerit, non distinguere, iusto longius repetita videntur pleraque quae de his Eusebii locis scripsit V. D., contra longe facilior Valesii ac nostra explicatio, qua adscita honore suo quem post mortem adeptus sit, minime privatur Constantinus.

Iam vero illa ipsa Saligii opinio monet nos, ut addamus quaedam de aliis cap. LXXI. verbis, in quorum interpretatione constans quidem sibi non minus a nobis discedit V. D. Verba autem quae significamus, leguntur paulo post ea de quibus adhuc disseruimus, haec: *αὐτὸς δὲ τῆς βασιλείας καὶ μετὰ θάνατον ἐπειλημμένος, ὥσπερ οὖν ἐξ ἀναβιώσεως τὴν σύμπασαν ἀρχὴν διοικῶν — αὐτῷ προσρήματι τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας κρατεῖ.* In quibus explicandis non dubito equidem prorsus sequi sententiam Valesii qui Constantinum etiam post mortem retinuisse quasi redivivum, imperium ab Eusebio dici censet tum propter illud interregni spatium, quo leges omnes atque edicta Constantini tanquam superstitis nomine inscripta essent, tum quia liberi Constantini eodem titulo, nomine et quod addendum est, animi dotibus instructi essent, quibus Constantinus fuerat. Nam priorem interpretationem per se probabilem confirmat lex II. cod. Theodos. *de excusationibus artificum*, quae dicitur data IV. Non. Aug. Feliciano et Titiano

Coss., et Constantino M. iam defuncto tribuitur. Vid. Pagi ad a. CCCXXXVII. n. VII., qui recte addit, coniecturam Gothofredi, si dies legi subscriptus vitio careat, eam Constantino M. non esse tribuendam, ac forte legendum in subscriptione: IV. Non. April., posita priore Valesii interpretatione evanescere. Sed nos nec Pagio l. l. in eo assentimur, quod posteriorem Valesii interpretationem reiiciendam putat, quam Strothius Uebersetzung T. II. p. 460. not. 3. certe tacuit, imo utrumque quod Valesius attulit, spectasse putamus Eusebium cum scriberet de Constantino: *αὐτὸς δὲ τῆς βασιλείας καὶ μετὰ θάνατον ἐπειλημμένος, ὥσπερ οὖν ἐξ ἀναβιώσεως — κρατεῖ.* Nam quin hac quoque ratione Constantinum post mortem etiam tenere imperium et quasi redivivum esse dixerit Eusebius, nemo facile dubitabit qui meminerit ipsius initii librorum de vita Constantini M., ubi haec leguntur: *πάντῃ καὶ πανταχοῦ τὸν μακάριον αὐτῇ συνόντα βασιλείᾳ θεωρεῖ (ὁ λόγος)· γῆς μὲν γὰρ τοὺς αὐτοῦ παῖδας οἷά τινας νέους λαμπτῆρας τῶν αὐτοῦ μαρμαρυγῶν συνορᾷ πληροῦντας τὸ πᾶν, αὐτόν τε ζῶντα δυνάμει καὶ τὸν σύμπαντα διακυβερνῶντα βίον κρειττόνως ἢ πρόσθεν, τῇ τῶν παίδων πολυπλασιασθέντα διαδοχῇ· οἳ καισάρων μὲν ἔτι πρότερον μετεῖχον τιμῆς, νυνὶ δ' ὅλον αὐτὸν ἐνδυσάμενοι, θεοσεβείας ἀρετῇ αὐτοκράτορες, αὔγουστοι, σεβαστοὶ, βασιλεῖς, τοῖς τοῦ πατρὸς ἐμπρέποντες καλλωπίσμασιν ἀνεδείχθησαν.* Cf. Vales. ad h. l. et prooem. 2. lib. I. init. *καὶ τὸν ἐν σώματι — ὑπερεκπλήττεται.* IV, 72. Idem vero luculenter ostendit locus Iulian. in laudem Constantii orat. p. 11. edit. Schaefer., ubi de Constantino haec leguntur: *Δοκεῖ γοῦν ἐκεῖνος (Κωνσταντῖνος) ἄρχειν εἰσέτι.* Quod quomodo dictum sit, docent praecedentia: *πολλῶν δὲ καὶ καλῶν ἔργων τῷ πατρὶ τῷ σῷ πραχθέντων, ὧν τε ἐπεμνήσθην, καὶ ὅσα — παραλιπεῖν δοκῶ, πάντων ἄριστον ἔγωγε φαίην ἂν — τὴν σὴν γένεσιν καὶ τροφὴν, καὶ παιδείαν ἐξ ἧς ὑπάρχει τοῖς λοιποῖς οὐ τὸ πρὸς ὀλίγον ἀπολαῦσαι τῆς ἀρίστης ἀρχῆς, ἀλλ' ὡς οἷόν τε ἐστιν εἰς πλείονα χρόνον.* Add. Euseb. V. C. I, 22., ubi Constantinus dicitur *ὥσπερ ἐξ ἀναβιώσεως τὸν πατέρα βασιλεύοντα, δι' ἑαυτοῦ δεικνὺς τοῖς πᾶσιν.* Et ibid. paulo post legitur: *τοῦ τεθνεῶτος ἀναβίωσιν τὴν τοῦ παιδὸς κράτησιν ἐδόξαζον.* Cf. Eumenii panegyricus IV, 5. 6. V, 1. in Panegyr. vett. T. I. p. 372. edit. Iaeger. Denique vero tertia explicatio accedit in loco Eusebii IV, 67. ubi, postquam scripsit: *ἐβασίλευε δὲ μετὰ θάνατον μόνος θνητὸς ὁ μακάριος, ἐπράττετό τε τὰ συνήθη, ὡσανεὶ καὶ ζῶντος αὐτοῦ, τοῦτο μονωτάτῳ αὐτῷ ἀπ' αἰῶνος τοῦ θεοῦ δεδωρημένου* quae secundum Valesii interpretationes IV, 71. ab ipso allatas dicta esse censeri possunt (cf. Vales. ad IV, 67.), additur: *μόνος γοῦν, ὡς οὐδ' ἄλλος αὐτοκρατόρων, τὸν παμβασιλέα θεὸν, καὶ τὸν Χριστὸν αὐτοῦ παντοίαις τιμήσας πράξεσιν, εἰκότως τούτων ἔλαχε μόνος, καὶ τὸ θνητὸν αὐτοῦ βασιλεύειν ἐν ἀνθρώποις*

ὁ ἐπὶ πάντων ἥλιος θεός, ὡδ' ἐπιδεικνὺς τὴν ἀγήρω καὶ ἀτελεύτητον τῆς ψυχῆς βασιλείαν τοῖς μὴ τὸν νοῦν λελιθωμένοις. Ad quae spectare consentaneum videtur quod STROTHIUS l. l. animadvertit: „*Diese Ausdrücke braucht E*
weil seinem Körper (auch nach seinem
gebührende Ehre erwiesen wurde.“ Cf.
δέ γε τοῦ παντὸς στρατοῦ καθηγεμό
τὸ τῶν ἀρχόντων τάγμα, οἷς τὸν βα
ἦν προσκυνεῖν, μηδὲν τοῦ συνήθους ὑ
διόντες καιροῖς εἴσω παριόντες, τὸν
οἷά περ ζῶντα καὶ μετὰ θάνατον,
quae sequuntur usque ad *ἔστ' ἂν οἱ*
Socrat. H. E. I, 40. Sozom. H. E. I,
veniendum est ad SALIGIUM, qui l. l.
in Eusebii verbis cogitari iubet, haec se
Constantinus post mortem redivivus es
bem mortuus quasi vivus poterat? Et quo sensu Constantinus post funera, ut vivus, coli ac administrare orbem visus fuit? *Enimvero, nisi hic diptychorum cultum admittas, sensum verborum nunquam attinges.* Si Constantinus in diptycha mortuorum duntaxat cum reliquis relatus esset, nullum prae aliis honorem retulisset. At quia in diptycha sanctorum etiam post mortem eius nomen coniectum est, vixit in communione vivorum, et ipsis apostolis fuit aequiparatus, utpote cum quibus aeque ac cum vivis communionem aluit primitiva ecclesia. Et iam mihi secure adserere posse videor, Constantini nomen in novo martyrio, adhuc vivi, statim iuxta apostolos fuisse celebratum, maioremque ei prae omnibus imperatoribus honorem fuisse habitum, saltem in martyrio quod ipse exstruxerat. Porro retinuisse hunc locum, post funera, eundem imperatorem, ut et mortuus cum apostolis, in sanctorum numero coleretur. Et denique inficiari nolim, idem Constantini nomen quoque in diptychis mortuorum fuisse post missam commemoratum, licet hunc honorem Eusebius non indigitet, *utpote cui hoc unice propositum est, ut demonstret, Constantino prae omnibus Imperatoribus egregium quoddam diptychorum decus contigisse.* Atque hoc modo explicandum Eusebii locum existimo, omnesque in meam sententiam discessuros esse reor, qui omnem diptychorum rationem curatius perspexerint, sine qua locus obscurus et a nemine intellectus mansisset.“ Sed hoc unum addo, si nihil aliud, hoc certe me desiderare in hac SALIGII expositione, quod, cur tandem VALESII ac nostra de locis illis Eusebii sententia non teneri possit, SALIGIUS non demonstravit sed simpliciter non posse contendit.

INDEX I.

SCRIPTORUM AB EUSEBIO ET CONSTANTINO LAUDATORUM ET USURPATORUM.

Acta Apostolorum pag. 156.
Apocalypsis 188. 373.
Cicero 386.
Constantini edictum ad omnes provinciales de bonis Christianorum restituendis II, 24—42. Cf. II, 43. not. 1.
Constantini epistola ad Eusebium de templis Christianorum, opera praesidum provinciarum aedificandis II, 46. Cf. II, 45, not. 4. II, 46. nott. 8. 9.
Eiusdem edictum ad provinciales orientis de falso deorum cultu II, 48—60.
Eiusdem epistola ad Alexandrum, episcopum Alexandriae, et Arium presbyterum II, 64—71. Cf. II, 64. not. 1. II, 67. not. 2. Excurs. II. p. 528 sqq.
Eiusdem epistola ad ecclesias Christianas post synodum Nicaenam III, 17—20. Cf. III, 16. not. 1. III, 20. not. 2.
Eiusdem epistola ad Macarium, episcopum Hierosolymitanum, de aedificando martyrio III, 30—32. Cf. III, 30. not. 1. III, 31. not. 2.
Eiusdem epistola ad Eusebium, Macarium et reliquos Palaestinae episcopos III, 52. 53.
Eiusdem epistola ad Antiochenos, ne Eusebium Caesarea abstraherent III, 60.
Eiusdem epistola ad Eusebium qua eum ob repudiatum Antiochiae episcopatum collaudat III, 61.
Eiusdem epistola ad Theodotum, Theodorum, ceterosque Antiochiae congregatos episcopos, eadem occasione data III, 62.
Eiusdem lex de haereticis III, 64. 65. Cf. III, 65. not. 3. III, 66. not. 3.
Eiusdem epistola ad Saporem regem Persarum IV, 9—13.
Eiusdem epistola ad Eusebium qua orationem eius de pascha laudat IV, 35. et altera ad eundem de conficiendis codicibus sacris IV, 36. Cf. IV, 35. not. 8.
Eiusdem epistola ad synodum episcoporum in urbe Tyro congregatorum IV, 42. Cf. IV, 41. not. 5.
Eiusdem epistolae et orationes Excurs. II. p. 531 sq.
Daniel 418.
Diodorus Siculus 475.
Dionysius Halicarnasseus 475.
Eusebii oratio dicta in vicennalibus Constantini I. p. 8. III, 11. not. 1.
Eiusdem tricennalis oratio de laudibus Constantini I. prooem. not. 5. IV, 45. not. 9.
Eiusdem de sepulcro Christi coram Constantino habita oratio IV, 33.
Eiusdem μυστικὴ τοῦ τῆς ἑορτῆς λόγου ἀνακάλυψις IV, 34. not. 2.
Eiusdem historia ecclesiastica IV, 35. not. 2.
Eiusdem descriptio basilicae Hierosolymitanae IV, 46. not. 2. Constantin. ad sanctt. coet. p. 332. not. **)
Exodus 53. 87. 88.
Ezechiel 465.
Hesiodus 448.
Homerus 253. 408. 417. 428. 430.
Iesaias 151. 377. 486. 489.
Iohannes 464. 465. 486.
Licinii oratio II, 5. Cf. II, 15 extr.
Matthaeus 179. 238. 445. 455. 490. 496. 375. vid. *Addenda* ad h. l.
Paulus 222. 257. 321. 365. 366. 428. 445. 453. 458. 476.
Petrus 375. vid. *Addenda* ad h. l.
Plato 356.
Porphyrius 473. 491.
Psalm. 53. 199. 385. 428. 430. 489.
Sibyllina carmina 382 sqq.
Siracid. 26.
Virgilius 386 sqq.

INDEX II.

SCRIPTORUM QUORUM LOCI IN ANIMADVERSIONIBUS ET EXCURSIBUS LAUDANTUR EXPLICANTUR EMENDANTUR.

A.

Abydenus pag. 380. 381.
Aelianus 13. 176. 473. 527.
Agathias 7.
Alexander Aetolus 60.
Alexander Rhetor 173. 453.
Allatius 538.
Ambrosius 44. 170. 298.
Ammianus Marcellinus 67. 81. 134. 149. 254. 303. 325. 378. 397. 399. 418. 424. 439. 464.
Anastasius 12. 270.
Anonymus Valesianus 35. 36. 65. 83. 84. 89.
Antoninus Martyr 60. 211. 318. 501. 502.
Apollodorus 474.
Apuleius 12. 256. 464.
Aratus 474.
Archytas 60.
Aristides 192. 219. 486.
Aristophanes 340.
Aristoteles 26. 461.
Arnobius 470.
Arnoldus 508.
Arrianus 19.
Artemidorus 469.
Athenaeus 351.
Athenagoras 13. 233.
Athanasius 77. 118. 156. 164. 168. 186. 224. 237. 242. 296. 297. 317. [illegible]. 364. 430. 458. 461. 502. 508.
Augusti 45. 51. 56. 92. 140. 169. 174. 199. 203. 205. 234. 261. 265. 266. 269. 270. 282. 292. 304. 310. 313. 316. 318. 319. 320. 322. 324. 328. 344. 361. 384. 494. 495. 496. 534. 543. 544. 548.
Augustinus 44. 45. 49. 50. 207. 282. 316. 317. 321. 365. 370. 382. 384. 390. 397. 430. 446. 461. 464. 470. [illegible]
Aurelius Victor 63. 84. 91. 95. 275. 277. 280. 308. 309. 324. 327. 401. 486. 511. 548.

B.

Balduinus 107. 234. 251. 261. 264. 266. 271. 273. 274. 275. 280. 286. 304. 544.
Baluzius 155.
Baronius 65. 91. 160. 164. 224. 234. 291. 511. 519.
Basilius 77. 242. 506.
Baumgarten 119. 519.
Beckius 432.
Beda 200. 283. 321. 447. 503. 504.
Beveregius 156. 158. 164. 234.
Beza 420.
Billius 174.
Binghamus 56. 92. 194. 195. 299. 494.
Bleek 383.
Boehmerus 117. 265. 276. 447. 455. 542. 545.
Boethius 12. 460.
Boissonade 91. 242. 415. 432. 444. 498.
Bosquetus 34.
Bretschneiderus 541.
Bucherius, Aegid. 170.
Budaeus 221. 233. 423.
Buleogerus 197.
Bullus 365. 458.
Burmannus, P. 186.

C.

Callimachus 527.
Cange, Du 56. 85. 163. 174. 191. 194. 195. 205. 218. 292. 296. 297. 315. 550.
Caroli M. Capitularium 195.
Casaubonus 7. 26. 152. 198. 250. 289. 298. 317. 336. 535.
Cedrenus 69. 70. 91. 142. 203. 207.
Cellarius 291. 318. 518.
Censorinus 149. 429. 461.
Cerda 174. 345. 389. 448. 474. 485.

Clemens Romanus 330.
Codinus 281.
Commodianus 269.
Cotelerius 318.
Cramerus 200. 214. 299. 314. 318. 508. 509. 510. 514. 517. 546.
Creuzerus 330. 391. 410. 430. 442. 471. 472. 473. 474. 536.
Ctesias 19.
Cyprianus 320. 475.
Cyrillus Hierosolymitanus 187. 188. 269. 300. 321. 503. 506.

D.

Danzius 24. 25. 35. 108. 154. 179. 184. 253. 283. 292. 301. 307.
Davisius 219. 272. 488. 527.
Demosthenes 348. 363. 423. 414.
Deylingius 276. 542.
Didymus 141.
Dio Cassius 474. 486.
Dio Chrysostomus 12. 13. 14. 24. 54. 167.
Diodorus Siculus 19. 474.
Diogenes Laertius 34. 492.
Dionysius Alexandrinus 413.
Dionysius Halicarnasseus 410.
Dodwellus 77. 123.
Dorville 22. 41. 42. 80. 123. 152. 160. 162. 166. 174. 179. 222. 258. 336. 340. 389. 497.

E.

Epiphanius 11?. 170. 199. 200. 281. 3?5. 447. 484.
Epiphanius Scholasticus 136. 137. 138. 155. 157. 160.
Ernesti, I. A. 186. 191.
Ernesti, I. C. 4.
Eucherius 501. 502. 503. 504.
Eumenius 113. 402. 52?.
Eunapius 214. 308. 410.
Eusebius Emesenus 91. 174.
Eustathius 28. 216. 336.
Eustathius Antiochenus 156.
Eutropius 84. 401. 511.
Evagrius 97. 242. 273. 306. 423. 425. 498. 518.

F.

Fabricius 263. 320. 366. 472. 496. 508. 524. 525. 542. 546.
Fresne, Du 191. 193. 281.
Frickius 286. 508.
Frommannus 68. 281. 286. 288.
Fronto Ducaeus 12.

G.

Gaius 106.
Gatakerus 203.
Gaudentius 269. 296.
Gelasius Cycizenus 42. 131. 136. 137. 138. 141. 155.
Gersdorfius, E. G. 140.
Gesnerus 351. 361. 442.
Gibbon 54. 84. 85. 89. 90. 92. 149. 223. 251. 254. 280. 304. 308. 315. 326. 386. 403. 426. 508. 511. 512. 513. 514. 519. 520. 521. 523. 525. 544. 546 sq.
Gieselerus 205. 537. 538. 544.
Gothofredus 27. 78. 85. 113. 115. 139. 156. 206. 214. 225. 233. 251. 271. 275. 307. 314. 325. 507. 510.
Grabe 317. 339.
Graevius 421. 444. 470.
Gregorius Nazianzenus 149. 174. 191. 192. 207. 268. 269. 272. 312. 364. 382. 429. 474.
Gregorius Nyssenus 47. 269. 502.
Gretserus 85. 312. 502. 503. 506.
Gronovius 28.
Grossmannus 354. 363. 420. 424. 425. 433. 434.
Grotius 38. 50.
Gruteri Thesaurus 207. 249. 250.
Gutherius 281.

H.

Hankius 113. 157. 161. 283. 307. 418.
Harpocration 470. 474.
Hase, C. 107. 115. 153. 159. 172. 234. 276. 538. 539. 541. 543. 544.
Heindorfius 19. 24. 123. 442.
Hemsterhuisius 498.
Henke 319. 508. 515. 519. 525. 536. 543.
Heraclides 461.
Hermannus 79. 198. 233. 357. 428.
Herodotus 18. 19. 38. 61. 197. 216. 217. 330. 350. 401. 470. 524.
Hesychius 14. 60. 82. 192. 216. 410. 474.
Heyne 97. 287. 432.
Hieronymus 14. 19. 45. 47. 49. 156. 184. 188. 193. 199. 200. 201. 207. 208. 211. 219. 242. 283. 318. 323. 345. 360. 365. 378. 382. 402. 418. 430. 448. 464. 501. 502. 504.
Hilarius 156. 446.
Himerius 151. 219. 389.
Hofmannus 327.
Holzhausen 25. 116. 183. 255. 261. 286. 293. 531. 532.
Homerus 8. 26. 60. 69. 166. 176. 253. 266. 298. 374.
Honorius Augustodunensis 283.

Hoogevenus 42.
Horatius 513.
Hyginus 474.

I.

Iacobsius 42. 174. 192. 273. 343.
Iaegerus 274. 518. 522.
Iamblichus 88. 167. 242. 336. 460.
Idatius 65. 84. 91. 184. 252. 291. 418.
Ierusalem 214.
Iohannes Apostolus 299. 497.
Iohannes Damascenus 211. 364.
Iortin 119. 131. 217. 239. 272. 275. 291. 383. 414. 415. 431. 462. 484. 531.
Iosephus 208. 210. 354. 471.
Irenaeus 345. 384.
Isidorus 45. 186. 196. 289. 471.
Iulianus 35. 40. 198. 214. 219. 327. 442. 492. 519. 552.
Iunilius 321.
Iustinus Martyr 33. 382. 447. 470.

K.

Kestnerus 24. 51. 125. 161. 284. 286. 545.
Kiesslingius 397.
Kistius 25. 154. 276. 281. 284. 286. 308. 314. 509. 510. 512. 513. 518. 521. 522. 527. 528. 538. 544. 545.
Koeppenius 179. 313.
Kortholtus 282. 299.
Krausius 25.
Krugius 550.
Kusterus 174.

L.

Lackemacherus 162. 216. 217. 429. 432.
Lactantius 28. 35. 45. 51. 120. 121. 205. 342. 355. 358. 364. 474. 483. 491. 522. 536. 537.
Lampridius 107.
Leutnerus 509.
Libanius 115. 198. 214. 254. 272. 279. 410. 473.
Lipsius 30. 46. 261. 278.
Lobeckius 19. 43. 79. 93. 103. 106. 160. 174. 193. 233. 281. 285. 347. 356. 389. 470.
Loefflerus 530.
Lucianus 42. 160. 277. 324. 336. 350. 351. 389. 401. 410. 442. 451. 470. 535.

M.

Maittaire 103. 347.
Mansi 159. 167. 531.

M

M
234. 337. 345.
Marcus 504.
Marinus 167. 242. 535.
Marklandus 488.
Matthaei 78. 208. 264. 313. 498. 550.
Matthaeus 201. 269. 536.
Matthiae 43. 60. 79. 106. 223. 294. 415.
Menander 253.
Miscellae Historiae Scriptor 84.
Moellerus 25. 26. 66. 96. 126. 139. 156. 161. 163. 166. 225. 522. 531 sqq.
Montefalconius 197. 288.
Morellus 13.
Morgenstern 25.
Morus 287.
Moshemius 28. 34. 63. 128. 315. 428. 508. 509. 511. 515. 518. 519. 522. 523. 527. 542. 546 sqq.
Moyne, Le 179. 292.
Muenscherus 97. 126. 172. 244. 286. 299. 345. 422. 450. 462. 487. 529. 530. 543. 544. 545.
Muratori 269.
Musgrave 217.

N.

Nazarius 275. 522.
Neander 108. 116. 126. 129. 175. 176. 204. 214. 223. 235. 276. 308. 339. 384. 508. 509. 510. 511. 513. 516. 520. 521. 523. 524. 527. 533. 537. 539. 544. 548.
Nemesius 35.
Nicephorus 35. 37. 43. 136. 137. 141. 153. 177. 203. 300. 504. 505. 525.
Nicetas 155. 161.
Nicolai 314. 324.
Nicolaus Damascenus 253.
Notitia Imperii Romani 67. 94. 134. 267.
Novatianus 418.

O.

Ochsnerus 42.
Optatus 29. 241. 282.

Orellius 42.
Origenes 167. 198. 242. 256. 279. 361. 382. 383. 492. 494. 529 sq.
Orosius 65. 84. 331. 470. 476.

P.

Pagi 34. 57. 78. 151. 158. 161. 187. 214. 224. 303. 304. 307. 546. 552.
Palladius 175.
Panegyrici Veteres 401. 402. 518. 522. 552.
Paschasius 14.
Passovius 13. 43. 157. 258. 367.
Paulinus 12. 207. 286. 504.
Paulus Apostolus 203. 218. 331. 355. 425. 427. 428. 429. 430. 432. 453. 462. 492. 498.
Paulus, Henr. Eb. G. 212.
Pausanias 277.
Pearsonus 15. 200. 458.
Pelloutier 19.
Perizonius 179.
Petavius 170. 261. 306. 307.
Petrus Apostolus 535. 536. 538.
Petrus Chrysologus 316.
Philo 28. 60. 253. 279. 337. 348. 354. 422. 433.
Philostorgius 35. 77. 224. 235. 526.
Philostratus 212. 410.
Photius 131. 366. 408.
Piersonus 149.
Pin, Du 244. 518. 543.
Planckius 97. 107. 116. 265. 276. 511. 541. 543. 544.
Plato 28. 273. 336. 343. 351. 374. 399. 408. 428. 442. 470.
Plinius 12. 13. 45. 186. 253. 330. 447. 526.
